


NCIAL

esta

TOLEDO
BIBLIOTECA PROVINCIAL

Sala *Reservada*

Número *937.*



~~1500 - 1500~~

802-19-4

+ 142925

R 376284

CA198020

AVREA

EXPOSITIO

HYMNORVM, VNA CVM

TEXTV, AB ANTONIINE.

BRISSENSIS CASTI-

gatione fideliter tran-

scripta.

Noviter correctum & emendatum.



Real Colegio

BIBLIOTECA PUBLICA
DE
La Alameda

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF
MADRID

CÆSARAVGTÆ.

Ex officina Dominici à Portonarijs

de Ursinis, S. C. R. M. & Regni

Aragonix Typographi.

1584.

A costa de Francisco Simon, y Pedro Ybarra.

EXAMEN DE CASTELLANO

PRIMERA PARTE

TEXTO A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V W X Y Z

CASTELLANO

EXAMEN DE CASTELLANO

PRIMERA PARTE



CASTELLANO

Examen de Castellano

de Villanueva S. O. R. M. & R. S. S.

Argonza, 1900

1 1 1

2

Aelij Antonij Nebrif-

fensis Grammatici recognitio Hym-
norum. Ad Salmanticensis Acade-
miæ Senatuum sapientissi-
mum.



I vestris in me beneficijs
P. C. quæ fuerunt mihi
ipsa varietate meorum
temporū, vel in prospe-
ris rebus meis iucunda,
vel grata in aduersis, par
ac mutua volūtas redderetur, nullum esset
opus ab ingenio meo profectum, quod
nō vestro potissimum nomine in vulgus
exiret. Sed me huius rei cupidū prohibuit
partim meus pudor: qui nihil adhuc vide-
bar elaborasse, quod esset dignum ornatif-
simo isto ordine: partim quod intelligebā,
studia mea pleriq; vestrum fore ingrata,
nonnullis etiam suspecta & inuisa. Itaq; cō-
tinui me ipsum, ne, qua in re vellem obser-
uantiam & pietatem meam erga vos decla-
rare, molestus atq; odiosus essem. Nūc ve-
ro cum esset mihi in animo dare operam,

PROLOGVS.

quemadmodum nonnulli codices ex sacris & ecclesiasticis literis deprompti quã emendatissimi imprimantur, quos auditoribus meis legendos proponerem, auspiciatusque essem ab hymnorum volumine quod erat tum mendis tum carminum confusione deprauatum, visum est hunc laborem meum splendidissimo nomini vestro dedicare. Non quod me existimem ex alieno opere sola præfatione aliquã bonam gratiam à vobis aucupari, sed vt sensuræ atq; iudicio vestro subiicerem hanc emendationem meam in qua sum ausus nonnulla creata quæ per omnes libros passim reperiri ad lineam veritatis reducere. Quod si intellexero sapientiæ vestræ singulari hos labores meos esse non iniucudos, neque à me frustra susceptos, aggrediar deinceps aliud opus quod sit ingenij mei viribus & autoritate vestra magis dignũ. Sed cuiusmodi sint errores quos in hoc volumine deprehenderim breui demonstrabo. Est in principio operis mendum quod omnes libri vno consensu arripuerunt, & quod nemo est si modo purgatam habeat aurem qui non fateatur esse vitium manifestum in lo

eo illo. Nos morte victa liberet pro quo ego iurarem ab autore carminis fuisse scriptum liberat, cum ordo ipse & contextus orationis hoc desideret. Nā hortatur nos vt torpore somni excusso ad orationē dominico die surgamus quo & mūdus est cōditus & Christus resurgēs nos morte victa liberauit. Nam liberat hoc loco eo modo positum est pro liberauit, quo in tertio Æneidydis, omnis humo fumat Neptunia Troya, quod seruius exponit pro fumauit. Neque enim petimus aut optamus vt liberet nos morte victa, cum verborum series sit in consequens, sed adducimus causam cur nobis tali die surgendum sit hoc est quod Christus resurgens morte victa nos liberauit, q̄ alio loco Ecclesia canit. Qui mortē nostram moriēdo destruxit, & vitam resurgendo reparauit. Secundum erratum est in tertio hymno. Omnis errorū chorus: pro quo ego auguro debere scribi. Omnis errorum cohors. Nam ego ne scio quid sibi vult, aut quæ acyrologia: hæc est: chorus errorum deserit viam nocendi. Cum ira verba in nullum prope sensum cohereant, ex propinquitate literarum suspicatus sum in

PROLOGVS.

omnes codices mendum illud fuisse transfalsum, vt pro erroneum scriptum sit errorum. Neque solum hoc loco, sed etiam in alijs libris hæc dictio corrupta inuenitur, vt apud Ouidium in Epistola Saphus. Nec vos errorem telluri admittite nostrum. Nam quod Dominus contendit, debere scribi errorem, omni sensu & ratione caret. Erronem vero referente Vlpiano digestis de edilicio edicto lege. Quis sit fugitiuus. Labeo diffinit pusillum fugitiuum esse. Vlpianus tamen, qui frequenter & sine causa vagatur, vt sint hoc loco erroneus, qui noctu vagantes per vias publicas grassantur, sed luce aduentate, ex insidijs descendunt, qui sensus pulchre coit cum superiori & inferiori orationis contextu. Nam non debere scribi chorus, sed cohors, perquam manifestum est. Si quidem chorus, vt ait Laurentius, est multitudo coeutorum, vt musarum, virginum, puerorum. Cohors vero rectius de hominibus armatis dicetur. Atque vt scholastica lege præfatio nostra claudatur, addamus tertium erratum, quod nemo erit adeo pertinax, qui non fateatur, esse intol-

rabile

rabile. Est in quarto hymno scriptum. Pel-
 lat languorem, pro quo debere scribi angore
 rem ex ratione carminis facile apparet.
 Nam quemadmodum in apparatu dixi-
 mus. Carmen est saphicum, quod constat
 trocheo, spondeo, daũtilo, & duobus tro-
 cheis. Ex quo fit, vt quanquam sensus indif-
 ferenter angorem & languorem possit ac-
 cipere: ratio tamen carminis nullo modo
 languorem admittat. Quod si dixerit qui-
 piam, rectius saluti, quam tribui petimus
 languorem quã angorem opponi. Pos-
 sem ego respondere, Poetam citius fuisse
 transgressurum leges elegantiaẽ quã car-
 minis. Sed potius illud placeat, angorem
 recte positum esse hoc loco, cum non
 multum distet à languore: cum fit angor
 (quemadmodum Cicero diffinit Thulcu-
 lanarum quæstionum libro quarto). æ-
 gritudo premens. Languor vero ægritudo
 crucians. Ceteri vero errores, qui in hũc
 locum potuissent adduci, hic præ-
 termittentur, ne sit necesse
 toties eadem re-
 ptere.

PRÆFATIO IN EXPOSITIO
NES HYMNORVM.

HYMNVS dicitur laus Dei
cum cantico. Quatuor fuerunt
principales autores qui hym-
nos cōposuerunt scilicet, Grego-
rius, Prudentius, Ambrosius, Sedulius. Sed
quidā vir prudens nomine Hilarius videns
illos multos hymnos composuisse dignū
duxit quosdam in vnum colligere: & cō-
pendiose cōponere breuem & vtilem tra-
ctatum, in quo omnes hymni vtiliores ma-
xime essent. Prima intentio fuit describere
illos qui cantātur in prima feria, & sic dein-
ceps secundum ordinem. Vtilitas maxima
est, vt per lecto libro cognitionē habeamus
vnitatis & Trinitatis. Supponitur Theori-
cæ, id est diuinæ cōtēplationi. Sed quia mē-
tionē fecim⁹ d̄ feria: videamus quid sit feria
Feria est solēnis dies. Beatus enim Silvester
vidēs Hebreos dicentes. Prima Sabbathi, se-
cūda Sabbathi, & sic deinceps. Silvester vi-
dens Gētiles nomina suorū deorū vel stel-
larum posuisse, vt dies lunę, dies martis, &
cetera, noluit imitari mores & sedā eorū,
scilicet Hebreorū & Gētiliū, sed loco huius

inuenit

inuenit hoc nomen feria. Sed in fine septimañe seruauit sabbatum, quod fecit ad figuram, quia sabbatū interpretatur requies. Et nos per totam hebdomadam, idest, per totum spatium vitæ nostræ quod currit spatio septem dierum debemus laborare & niti summo conanime vt perueniamus ad requiem, & ad æternam beatitudinem. ¶ Vnusquisque hymnus habet suam materiam. In illis qui sunt de nocte accipit materia ipsum tempus, i. significationem ipsius temporis, scilicet, vt expellat a nobis tenebras ignorantia & vitiorum, & informet nos virtutibus, & sancti Spiritus charitate. In illis vero qui sunt de die accipit materiam ipsum lumē, & vult deprecari Deū, vt quē admodū illuminat nos sua claritate & splendore solis in corpore, sic illuminet nos sancti Spiritus gratia in mente. Amen.

PRimo dierum omnium, Quo mundus extat conditus. Vel quo resurgens conditor, Nos morte victa liberat.

Carmē est diametrū iam bicū archilochiū monocolon cacome- trum.

Pulsis procul torporibus, Surgamus

As omnes

Quod cā-
tatur ad
horas no-
eternas
certis qui
bus dā die
b^o domini
eis.

omnesocius. Et nocte queramus piū:
Sicut Prophetam nouimus.

Materia huius hymni est cōmēdatio Do-
minici diei, & cōmendat eū per partes. Hæ-
sunt partes, quod mūdus fuit cōditus eodē
die, quo Christus resurrexit, & per hāc com-
mendationē beatus Gregorius vult ad Do-
minici diei apicē monere nos ad honorē
ipsius de lecto mane surgere: & Deū quere-
re. Dominicus dies merito, & cū discretio-
ne omnium dierū primus dicitur, quia dicitur
primus respectu omniū creaturarū. Ter-
tius dicitur respectu resurrectionis Domi-
ni, quia tertia die resurrexit. Octauus dicitur
respectu octauæ diei, quia in octaua die
omnes resurgere debemus ad æternā vitā.
Et ideo queram^{us} in Dñico die, quo Chri-
stus resurrexit, ipsum Christū: vt a morte vi-
torū ad vitā & gaudiū sempiternū resurga-
m^{us} in die iudicij, quo bona bonis, mala ma-
lis reddētur. Descensus fiat ad literā. Ego di-
co, Dñicum diē maiorē esse alijs omnibus:
quia in eo mūdus fuit cōditus: & Christus
resurrexit eodem die, ergo habet primatū
super alios dies, ergo maior est alijs diebus.

Locus

Locus est a partibus sufficienter enumeratis, vel appositione antecedentis. O fratres (omnes resurgamus in primo dierum omnium). i. in Dominica die (ocius). i. citius quam in alijs diebus (quo). s. Dominico die (mū-
dus extat cōditus). i. fact^p (vel) pro & (quo) die (conditor). i. creator omnium creatura-
rum: iā (morte victa. i. destructa: quia Chri-
stus moriendo mortem nostram. s. æternā
destruxit: & vitam resurgendo reparavit: &
sic (resurgens nos liberavit ab inferno, vel
a potestate diaboli (Surgamus) dico a (no-
stris torporibus). i. peccatis & vitijs, & non
solum surgamus: sed (quæramus) per obser-
vationem mandatorum (pium). i. Deum
in hac (nocte sicut nouimus Prophetam)
David eum quæsisse: sicut ipse ait. Media
nocte surgebam ad confitendum tibi. &c.
Iterum lauabo per singulas noctes. &c. Vn-
de in homelia beati Gregorij legitur de
quodam: qui postquam aliquantulum so-
poris corpori suo dedisset, extra mediam
noctem surgebat, & vigilans perorabat: qui
tandiu hoc fecit, donec facta est vox de cœ-
lo a Domino dicens: Peccatum tuum di-
missum est tibi.

Nostras preces vt audiat, Suamq; dex-
tram porrigat, Et expiatis sordibus,
Reddat polorum sedibus.

Surgamus inquā & quæramus pium (vt
audiat nostras preces).i.orationes pro vi-
tādis vitijs: & quærēdis virtutibus(porrigit
suā dexteram).i.auxiliū(&) nos (expiatos).
i.abolutos:(& purgatos sordibus).i.a vitijs:
vel à sordibus vitiorū(reddat sedibus polo-
rum).i.cœlorum & angelorū.i.ponat nos
in cœlum.

Vt quiq; sacratissimo, Huius diei tē-
pore. Horis quietis psallimus, Donis
beatis munerer.

Reddat inquā nos polorū sedibus vt(mu-
neret)supple nos (beatis donis).i.donis cœ-
lestibus(qui q;).i.quicunq;(psallimus).i.ca-
minus ei. s. dño (quietis horis).i. horis no-
ctis: in (sacratissimo tēpore) quo Christus
resurrexit: tēpore dico (huius diei). s. domi-
nicæ vel muneret in sacratissimo tempore
huius diei. i. in die iudicij: qui dicitur sacra-
tus: quia ibi bona bonis: mala malis reddē-
tur. Sed quia superiora per nos habere ne-

quimus:

quimus vertit se nūc ad filiū: & monet nos quod nos precemur ipsum quatinus omnis libido, omnis macula, & alia mala facta à nobis remoueantur.

Iam nunc paterna claritas, Te postulamus affatim. Absit libido sordidās, Omnisque actus noxius.

Iam postulamus te nunc: ò paterna claritas affatim, idest, abundāter vt, libido, idest luxuria & mala cōcupiscentia: libido, dico, sordidās, corpora nostra: & omnis actus noxius, idest omne malū opus, absit. i. longe sit remotum ne anima cum corpore sordescat. Affatim aliquando cū vnica f. scribitur & est compositum ex a & fabile: quasi abunde: & non dicibiliter: significet: & corripit ante penulis. Si verò scribatur cū duplici. ff. significat facunde, & ante penul, producit.

Ne fēda sit vel lubrica, Compago nostri corporis. Perquā auerni ignibus, lapsi crememur acrius.

Et ideo te postulamus, ne fēda sit, idest sordibus plena, vel lubrica. i. labilis ad luxuriam, compago nostri corporis, idest con-

Dominica die.

unctio nostri corporis & animæ, quæ tunc dicitur foeda, quando caro præest virtuti: & ratio est pulchra, quâdo prædominatur corpori, vel deprecemur: vt caro subeat menti, per quam, scilicet compaginē, crememur. anima & corpore, idest cruciemur, acrius, idest, valde acriter, ignibus idest doloribus, auerni, idest inferni. Auernus dicitur ab a quod est sine & ver veris quod est delectatio: quasi sine vere, idest sine delectatione. Auernus est locus in inferno, vbi est semper ignis, in quo impij cremabuntur, qui in hac vita per immundiciam exarserunt.

Ob hoc redēptor quæsumus, Vt probra nostra diluas, Vitæ perennis commoda, Nobis benigne conferas.

Et quia timemus, ne ignibus crememur, o, redēptor, quæsumus. i. rogamus, & cum desiderio quærimus, ob hoc, idest propter hoc, vt diluas nostra probra, idest peccata, quæ probrāt idest vituperant, & maculant animam & corpus: & conferas, idest cōcedas, nobis commoda, idest vtilia perpetua perennis vitæ, idest æternæ gloriæ.

Quo carnis actu exules, Effecti ipsi
cælibes.

cælibes. Vt præstolamur cernui, Melos canamus gloriæ.

Quo, pro vt, exules, nos peregrini a cœlesti patria, actu, idest operatione, carnis, quemadmodum ipse, qui est alienus à patria, dicitur exuler peregrinus, idest longe remotus à patria, sic & nos per opera vitiosa & peccata efficimur exules à cœlesti patria: nos ipsi, effecti .i. facti, cœlibes, .i. vitam virtuosam & cœlestē ducentes, vt præstolamur .i. expectamus & speramus, nos inquā, cernui .i. inclinati, & oculos sursum tenētes ad Dominū, canam⁹ idest proferramus, melos, idest dulcem cantum ore & corde, gloriæ idest ad honorem tuę laudis. Bene enim cātat, qui à bonis operibus non cētat.

Præsta pater pijsime, Patrique compar vnice, Cū spiritu paraclito, Regnans per omne sæculum. Amen.

O pijsime, qui piasti idest mundasti nos à vitijs, pater, idest ò creator & actor omnium rerum, & ò, vnice, idest ò Christe filij Dei viui, vnice di-

co, comprat, idest æqualis secundum diuinitatem, patri, idest omnipotenti in pugillo coelum & terram continenti: tu dico regnans cum spiritu paraclito, idest consolatore, per omne seculum, idest ante omnia secula, præsta, idest dona nobis ea quæ supra orauimus, Amen. idest sine fine: & sine defectu: idest sine initio & sine fine.

Carmen est quale illud, primo dierum Canticum ad laudes Matutinas, certis quibusdam diebus dominicis.

A Eternæ rerum conditor, Noctem diemque qui regis, Et temporum das tempora, Ut alleues fastidium.

Materia huius hynni est commendatio & laudatio altissimi Dei omnium conditoris: qui est æternus, idest sine initio & fine. Et distinguitur quid inter æternum, perpetuum, sempiternum, & temporale. Æternum, est quod caret principio & fine ut Deus. Perpetuum habet principium cum tempore, & non habebit finem ut anima, Sempiternum est quod nec habebit principium sub tempore, nec habebit finem sicut æternum. Temporale est quod incipit cum tempore: & habet finem: ut corpus nostrum. Conditor, Eternæ rerum conditor, idest factor, qui regis, idest disponis & gubernas, noctem, idest

peccato.

peccatorum vel Diabolum, & qui regis diē
 idest iustum et, das tempora, idest diuersita
 tes temporum idest spaciorem huius vitæ,
 vt alleues fastidium, idest remoueas laborē
 nostrum. Aeterni Dei sapiētia: vt hominis
 subleuaret fastidia, tempora mira delecta
 tione variauit. Nam si temper nox esset, ho
 mo deficeret, & periret, torpore, inertia, &
 propter tenebras. Et si semper dies esset: mi
 ser homo nimis laboris studio affectus e
 tiam periret. Et ideo dominus misericors no
 stri: diei & noctis spaciū posuit & æternū
 temporibus & tempora dedit subeūtia. Et
 nota, quod quemadmodum anni sunt qua
 tuor partes: vel quatuor tempora, eodem
 modo homo constat ex quatuor elemen
 tis.

Pręco diei iam sonat; Noctis profun
 de peruigil, nocturna lux viantibus,
 A nocte noctem segregans.

J. Gallus

Pręco diei, Ioannes: vel, pręco diei, idest
 Christi, iam sonat, idest nunciat, diem idest
 Christum, pręco dico peruigil noctis pro
 fundę, idest inferni profundi, nocturna lux
 scilicet Ioānes, qui ante lucem surrexit, vt
 B luceret

Dominica die.

luceret hominibus, qui erāt in tenebris huius mundi viantibus, i. volētibus ire ad Christum, & segregans noctē à nocte, i. peccatū à peccatore: quia quos vult, assumit: quos vult, in suo finit errore. Vel aliter construe præco, id est Dominus noster, qui est primum sui, diei. id est patris, iam sonat, id est manifestat Evangelicam prædicationē per prædicatores suos: ipse dico, peruigil, id est cognoscēs doctis profunde culpam, & nocturna lux, supple lucet, viantibus, id est præsens Ecclesia, quæ lucet in huius mundi tenebris: & segregans noctē, id est discernens vnāquamq; animam peccatricem agentē poenitentiam de commissis à nocte, id est ab illa peccatrice anima, quæ ex toto corde Deum relinquit: ita quod non vult venire ad poenitentiam.

Aliter
orum
chorus.

Hoc excitatus Lucifer, Soluit polum caligine. Hoc omnis errorū cohors, Viam nocendi deserit.

Hoc excitatus lucifer, id est quo domino prædicante, vel Ioanne, lucifer, i. verus prædicator lucē diuinæ gratiæ ferens alijs excitatus in quā, i. soluit polū caligine, i. animam fidelem

fidelem ab omni nigredine vitiorū & hoc
omnis cohors errorū, idest exercitus mali
gni diaboli, deserit viam nocēdi, scilicet Ie
su excitante, & peccator currit ad portum,
idest ad Christum vt ibi requiescat, & vires
bonæ operationis ibi resumat: & præcone
canente, omnis deceptio diaboli vel exerei
tus eius. Vel, cohors, i. conuenticulus erro
rum, idest hereticorum, deserit viam, idest
maledictam sectam nocendi, idest facien
di alijs nocumentum vel impedimentum.
Hoc nauta vires colligit, Pōtique mi
tescunt freta. Hoc ipsa petra Ecclesie,
Canente culpam diluit.

Sicut nauta præ nimio dolore nodis fa
tigatus tendit ad portum: vt ibi recolligat
vires aliquantulum requiescens: sic anima
fatigata in nimio labore vitiorū & pecca
torū tendit ad portum: idest ad Christum
per cōfessionem: vt ibi requiescat: & vires
bonæ operationis colligat. Construe, Nau
ta, idest nauis ductor, colligit vires, idest vir
tutes, hoc, scilicet Deo præcone, idest Chri
sto, freta idest ebullitiones vitiorū ponti, i.
huius mundi: mitescunt, idest māsuescūt: &

hoc canente scilicet gallo, ipsa petra Eccle-
siae, idest Petrus, qui est fundamentum Ec-
clesiae: diluit culpam, idest peccatum trinæ
negationis: quia ter negauit dominum.

Surgamus ergo strenue. Gallus iacen-
tes excitat. Et somnolentos increpat,
Gallus negantes arguit.

Et quia, Gallus, idest, Christus vel prædi-
cator nos excitat ad bene agendum, surga-
mus, i. à peccatis, strenue, festināter: Gallus
excitat, i. cōmouet ad pœnitentiā, iacentes
i. in peccato lapsos vel existentes: & Gallus
increpat, i. redarguit, somnolētos, i. in pec-
catis permanentes: quia sicut ille: qui dor-
mit vanus & ineptus est ad omne opus: sic
aīa in peccatis manēs inanis efficitur Deo:
& Gallus, arguit, idest reprehēdit, negantes,
idest nolentes, surgere de peccatis.

Gallo canente spes redit, Ægris salus
refunditur. Macro latronis conditur.

Lapsis fides reuertitur.

Gallo canente, idest prædicatore prædican-
te, spes redit: idest fiducia recuperandi salu-
tē redditur: & salus, idest vita æterna, refun-
ditur

ditur, idest largitur per poenitentiam, egris, idest peccatoribus, mucro latronis, idest insidia Diaboli: quæ vt mucro cedunt homines, & cruciant animam æternaliter, conditur, idest absconditur: & sic Gallo canente, fides lapsis reuertitur, quod factum est in Petro.

Iesu labantes respice, Et nos videndo corrige. Si respicis, lapsus cadunt, Fle tuque culpa soluitur.

Et quoniã Gallo canente, spes redit, ô Iesu Saluator mundi, respice, idest misere-re, labantes in peccatis, & nos videndo, idest miserando, corrige, idest castiga nos, si respicis, idest si misereris, lapsus, idest labentes, qui in peccatis resurgent, peccata cadunt, idest delentur, que, pro & culpa, idest peccatum, soluitur, idest purgatur, fletu, lachrymarum gemitu.

Tu lux refulge sensibus, Mentisque somnum discute.

Te nostra vox primum sonet. Et ore pfallamus tibi.

Et quia peccata cadunt, si respicis, idest,

remittantur, ô tu lux, idest ô tu Christe, qui es lux mundi: illuminans nostras mentes refulge sensibus, idest illumina nostras mentes, & discute, idest remoue, somnum mentis, idest peccatum vel torporem nostrum & hoc ad honorem tuum, scilicet vt, nostra vox sonet, idest laudet, te, idest nomen tuum, ô Christe primum, idest maxime, & psallamus, idest applaudamus, ore, scilicet voce & corde, tibi scilicet ad honorem tui.

Carmen est
saphicum
endecasil-
labum or-
thometrū
monoco-
lon tetra-
strophon
Canitur
ad horas
noctur-
nas certis
quibusdā
diebus do-
minicis.

Nocte surgentes vigilemus omnes. Semper in psalmis meditmur atq; Viribus totis domino canamus. Dulciter hymnos.

In hoc hymno, nos hortando admonet Gregorius, vt quandiu in hoc mundo laboramus, ne nocti, idest peccato subditi simus sed cum omni studio pro executione bonorum operum, vigilemus, quia si vigilia nostra soli deo intendendo fuerit prouida: ad aures Dei procul dubio perueniet, Materia huius hymni est laudatio nominis Dei & ipsi totis viribus decantare laudes & hymnos: intentio vt surgamus de vitijs & adhaereamus virtutibus. Distinguamus er-

go sic, O fratres nos oēs surgentes nocte, i. de peccato, vigilemus, i. perseueremus in Dei laude. semp, i. sine fine, i. psalmis, i. i bonis operib⁹ meditemur, i. p̄seuerem⁹ vigilādo, & canamus, i. p̄sonemus, dño. i. saluatori n̄ro, dulciter, i. suauiter, hymnos, i. laudes scilicet, totis viribus, i. aīo & corpore. Vigilare enim debemus sine fine, quia nescim⁹ qñ venit dñs, an mane, an sero, an media nocte: nocte dixit quia de nocte venit dñs scilicet i nubibus, i. in velamine carnis: quia fuit quasi nox, qñ incarnatus fuit i beata virgine: quia deitas latebat i carne: & ideo nocte, i. in hac presenti vita, vigilare debemus & nō tota nocte dormire: quia in nocte venit dñs. Vnde dicitur. Vigilate, quia nescitis diē neq; horā, & ideo vigilemus, i. prosperis & aduersis nō desinētes: aut bona opera interrūpētes & omittētes lassēmur: sed iugiter & indefesse Deo seruiamus: vnde non qui inceperit: sed qui perseuerauerit vsque ad finem, saluus erit. Inchoata enim virtus non proficit nisi ad finem perducatur.

Vt pio regi pariter canētes, Cum suis sanctis mereamur aulam, Ingredi cœ

li, simul & beatam ducere vitam.

Canamus hymnos, vt nos canentes, id est laudes persoluentes, pio regi, id est Christo, pariter, id est corpore & anima, mereamur ingredi aulam cœli, id est regnum æternæ beatitudinis, & ducere, id est habere simul vitam æternam: vel, beatam, id est puram vel sanctam.

Præstet hoc nobis deitas beata. Patris & nati, pariterq; sancti Spiritus, cuius reboat in omni gloria mūdo: Amen.

Dixit, quod debemus canere pio regi, vt mereamur cœli ingredi ianuam, beata deitas, id est Deus vnus, scilicet Pater, & Filius. & Spiritus sanctus, præstet, id est donet nobis omnibus, hoc, id est ea, quæ supra orauimus, gloria cuius, id est laus cuius deitatis, reboat, id est resonat, in omni mundo, de vbicunq; . Vnde dicitur . Quicquid in mundo fit, per ipsius fabricationem fit, scilicet domini per quem Deum, & in quo sunt omnia . Omnia enim illi soli famulantur: cœlum & terram ego implebo, dicit dominus.

Ecce

ECce iam noctis tenuatur umbra,
Lucis aurora rutilans coruscat,
 Viribus totis rogemus omnes Cun-
 cti potentem.

Materia huius hymni est miseratio Chri-
 sti, & continuatur hymno superius dicto:
 sic quia surreximus nocte. i. de peccato ca-
 uendo. Nox deponitur & ecce dies appro-
 pinquat, quæ quia sicut ille Gallo canente
 in nocturnis horis iter disponit agere. i. in-
 choat: sic ille, qui in nocte huius mundi ad
 cælestia ire desierat Gallo canente. i. prædi-
 cato re prædicante surgit & iter incipit per
 bonam operationem. Construe, Ecce um-
 bra, idest ignorantia vel obscuritas noctis,
 idest diaboli: iam, tenuatur. i. annihilatur,
 aurora lucis, idest Christus patris cognitio,
 rutilans. i. splendorem emittens, corus-
 cat. i. splendet. Et nota, quod sicut aurora
 depellit noctem: sic Christus deuicit diabo-
 lum, quia Christus est princeps nostræ hu-
 manitatis, aurora. i. Christus quasi aureum
 colorem habens, quia, coruscat, ideo ro-
 gemus omnes. i. deprecemur, viribus to-
 tis, idest cū omnibus viribus animæ & cor-

Carmē est
 quale il-
 lud. No-
 ctesurgen-
 tes. Cani-
 tur ad lau-
 des matu-
 tinas, cer-
 tis quibus-
 dā diebus
 domini-
 cis.

B 5

poris,

Ad primam hymnus.

poris, cuncta potentem: quia omnia in sua potestate sunt.

Vt Deus noster miseratus omnē, Pellat angorem, tribuat salutem, Donet & nobis pietate patris Regnum polorum.

Vt deus noster misereatur nostri. s. quia miserando nos redemit; pellat idest remoueat, omnem angorem. i. omne peccatū: & pellendo peccatum, tribuat salutē idest vitam corporis & animæ: quia per Dei gratiam nō proprijs meritis vita datur, donet nobis pietate patris, idest ipsius misericordia, regna polorū, idest aulam cœlorum. Præstet hoc nobis. &c.

Carmē est quale Pri-
mo dierū.
Canitur
hora diei
prima.

Am lucis orto sydere, Deum prece-
mur supplices, Vt indiurnis actibus
Nos seruet a nocentibus.

Linguam refrenans temperet, Ne li-
tis horror insonet. Visum fouendo
contegat, Ne vanitates hauriat.

Materia huius hymni est deprecatio
ad Dominum, vt orto sydere idest Christo
dignetur

digne nos segregare à vitijs, & nos induēdo virtutibus repellat superbiam & nos faciat humiles. Et quādo vmbra noctis. i. peccatum recessit à nobis, ideo lux vera. i. Christus iam habitet in cordibus nostris. Construe sic, sydere iam lucis orto, idest Christo nato: qui refulsit in mundo sicut sol iustitiæ: qua redimendo eripuit nos de tenebris & vmbra mortis, idest à peccato, nos supplices, idest humiles, precemur Deum i. valde oremus apud Deum, vt indiurnis actibus, idest assiduis bonis operibus, seruet nos à nocentibus. i. custodiat & protegat nos à peccatis & omnibus aduersis. Dico vt nos seruet à nocētibus gratia Christi refrenās. i. cōpescēs linguā, & temperet eā, ne horror litis. i. contentio vel seductio diaboli, insonet, idest in nostra corda, sonet: visum fouendo contegat idest nutriendo & regulando concupiscentias nostras, & visum sic protegat & dirigat, ne vanitates hauriat, idest ne videamus ea, quæ vidēda non sunt. Et non solum visus oculorum sit mundatus: sed etiam cordis: & gaudiū vanitatis non hauriamus: & in delectationibus & concupiscentijs non gaudeamus.

Ad primam hymnus.

mus. Vnde dominus ait. Nō mihi possunt viuere, qui nō sunt mortui mundo: æstimamus enim temere: si deo & mundo volumus perfrui. Et alibi. Nō est cōtuētio Christi ad Belial, diabolus & Deus nō bene cōueniunt nec in vna sede morātur Et Deus in Euangelio. Nemo potest duobus dominis seruire, Deo. s. & mammonē. i. pecunię male acquisitę & diuitijs. Et nota, quod inter amorem Dei & huius mundi est hæc differentia, quod amor huius mūdi in principio dulcis esse videtur, sed finem habet amarum. Vnde Ecclesiastes. Nouissima autē eius amara sicut absinthium, amor Dei ab amaritudine incipit: sed vltima eius dulcedine plena sunt: hæc est salutatis mansio scilicet Deus, hæc sunt tabernacula iustorū, in quibus vox letitię & exultationis sonat semper, vbi beati habitabunt, cuius decorē Propheta concupiuit, cuius habitationem optauit, cuius desiderio flagrauit.

Sint pura cordis intima . Absistat & vecordia. Carnis terat superbiam. Potus cibiq; parcitas.

Intima cordis sint pura. i. munda a ma-

la

la cogitatione, & uerordia. i. stultitia quæ facit hominem uerordem esse absistat, i. absit a nobis procul, q; pro, & parcitas i. abstinentia, cibi & potus terat idest minuat, superbiam carnis idest peccatum & stimulos eius: quia nisi habeamus parcitatem cibi & potus: omnia in contrarium supradicta nobis euenient: nec poterimus refrenare linguam nostram, nec nostra intima erunt pura: sed sordida: & horror litis eis associabitur: & sic per hæc cætera mala condemnabimur.

Vt cum dies abscesserit. Noctemque fors reduxerit. Mundi per abstinentiam, Ipsi canamus gloriam.

Et cum dies abscesserit, a nobis per mala opera, quæ, pro, &, fors, idest Diuina dispensatio vel fors, idest diabolus, vel sol per sui absentiam, reduxerit noctem, idest peccatum: quia nil aliud est dies, quam illuminatio solis per aërem vel aër sole percussus, noctem in quâ idest peccatum, nos, & abstinentiam uiciorū, mundi, idest præsentis sæculi purificati, canamus gloriā, scilicet sempiternam, ipsi idest Deo. Et quia nox recessit

fit

fit & dies venit: referamus gloriam Deo: & hoc iure.

Deo patri fit gloria: Eiusque soli filio: Cum spiritu paraclito: Et nunc & in perpetuum. Amen.

Referamus gloriam Deo, & hoc iure dico: quia tot & tanta contulit nobis: quia peccatum præcessit: & a morte liberavit nos: & ad ultimum nos in filios collocavit & suscepit, Gloria, idest laus fit Deo patri: que pro & eius soli filio, idest vnico Iesu Christo, & hoc, cum spiritu paraclito, idest consolatore. Spiritus Sanctus dicitur consolator, idest aduocatus primus idest quia discipulorum corda, quæ fuerunt mesta de morte Christi, reddidit læta consolatione, & nunc, idest in presenti, & in perpetuum, idest sine fine, Amen.

Carmē est quale superius Canitur hora diei tertia

Nunc sancte nobis spiritus, Vnū Patri cum Filio: Dignare promptus ingeri Nostro refusus pectori.

de entia me traxi reposita de
Materia huius hymni est deprecatio sancti Spiritus: vt dignetur in pectora nostra descendere, quam scilicet deprecationem faciamus

faciamus in hora tertia. In hora tertia peccavit Adā in paradiso: propter quod peccatum inde eiectus est, ideo Spiritu Sancto facimus hanc orationem: vt sicut ab Adam per suggestionem separatus est: ita per eius correctionem nostro pectore ingeri dignetur. Et sicut inflammavit Apostolos hora tertia: sic dignetur ingeri cordibus nostris vel infundi: vt mereamur Deum vere laudare: & hoc est. O, Sancte Spiritus, tu dico, promptus, idest paratus ad perquirendum & consolandum: qui es vnus vel, vnum, idest vnus substantiæ, patri cum filio: dignare ingeri, idest infunde nobis, nūc, idest adhuc: sed iam dico tu, Spiritus refusus nostro pectore, idest vt infundas nobis Spiritum Sanctum: vel simus repleti à te Spiritu Sancto: vt consequamur remissionem peccatorum: vel, vnus aut vnum patri cum filio, in essentia vel potestate. Vnus dicitur per quandam essentiam trium personarum: vnus pertinet ad substantiam nō ad personā. Et hoc est, quod dicitur vnus patri cum filio,

Os, lingua, mens, sensus, vigor, Confessio-

Ad sextam hymnus.

fessionē personet, Flammescat igne
charitas. Accendat ardor proximos.

Os. lingua pertinēt ad corpus, mens verò
ad animam: & sensus ad vtrumque proce-
dit. Et similiter eodem modo pertinet spi-
ritus sanctus ad vtrumque, scilicet ad patrē
& filium, quia ab vtroque procedit, & ta-
men non tres sunt dii, sed vnus est deus. Et
nota, quod in sole tria sunt: scilicet sphaera
claritas, & calor. sphaera solis naturaliter splē-
dens est & calens, summus pater naturali-
ter sapiēs est & amans. Sphaera solis & splen-
dor & calor nō sunt tres soles, sed vnus sol.
Summus pater & sapiētia & amor eius nō
sūt tres dii sed vnus est deus. In sphaera solis
ignea patrem intelligere debemus, in splē-
dore filium. in calore Spiritum Sanctum,
Os, lingua, idest corpus: & mens idest ani-
ma, sensus: idest vterque scilicet corpus &
anima, vigor, idest virtus, personet, idest cre-
dat vel confiteatur, confessionem, idest tri-
nitatem scilicet Patrem & Filium, & Spiri-
tum Sāctum esse vnum deū, charitas, idest
amor Dei & proximi, flammescat, idest ar-
deat in nobis, igne supple Sancti Spiritus,
ardor,

ardor, suæ charitatis accendat, id est illuminet spirituali amore. proximos, id est amorem Dei desiderantes.

Rector potens verax Deus: Qui Carmē est
temperas rerum vices Splendo quale su-
remane instruis; Et ignibus meridiē. perius Ca-
nitur ho-

radiei sex
ta.

Materia huius hymni sumitur per qualitates & diuersitates aeris & tēporis, ex hoc scilicet, quod maximus calor solet esse aliquando in meridie, & quandoque solet nocere animæ & corpori, vnde Deum rogare debemus: vt in nobis extinguat flāmas vitiorum nostrorum, & tribuat nobis suam charitatem in cordibus nostris. Et non solum hora tertia, Deū rogare debemus, sed etiam sexta hora, in qua Adam eiectus fuit de paradiso per superbiam. Vnde per transgressionē fuit eiectus: illuc redeamus per bonam operationē Christo annuente, qui eadē hora in cruce positus fuit. O tu, creator, qui regis oīa, potēs, i. qui potes oīa facere, quæ vis, quia manus tua potētia, & in ea omnis potestas & fortitudo, verax Deus, qui nūquā mētiris: quia tu ipse veritas es: & verax in verbis: & promissis tuis, quæ nūquā

fallunt,

Ad sextam bymnus.

fallunt, qui tēperas, idest qui mitigas, vices
idest, vicissitudines, rerum, & instruis ma-
ne, idest, incipientes, bona opera facere,
splendore solis, idest, lumine, & instruis me
ridiē ignibus, idest, calore scilicet charitate.

Extingue flammam litium. Aufer calo-
rem noxium. Confer salutem corpo-
rum. Veramq; pacem cordium.

Extingue flammam litium, idest, suffoca
calores mundanarum tentationum: vel
extingue flammam, idest, mortifica in nobis
flammam, idest, ardorem libidinis: vel, litium,
idest, odiorum vel discordiarum, aufer ca-
lorem, idest remoue amorem à nobis &
appetitum noxium, idest, noxiarum re-
rum: quia tu bonus es calor: & sol vitæ æ-
ternæ, confer salutem, scilicet nobis: corpo-
rum, idest, animarum, que, pro & pacem
cordium, idest, animarum, veram, idest,
non fictam.

Carmē est
quale il-
lud' Pri-
mo dierū

Rerum Deus tenax vigor, Immo
tus in te permanens, Lucis diur-
næ tēpora, Successibus determinans.

Materia

Materia huius hymni est, quod non solum in hora sexta deprecandus est Deus: sed etiam in hora nona: in qua Iesus Christus migravit de hoc mundo ad patrem, ut possimus transire de vitijs ad virtutes, & ad bonas operationes. O, Deus tenax, à teneo tenes, qui omnia tenes sub potestate tua, & pietate, vigor, idest virtus rerum permanens in te immotus, idest, non variabilis: quia nunquam in seipso mouetur: determinans, idest, diuidens, tempora lucis, diurnæ, idest quotidianæ: successibus, idest quibuslibet distinctionibus.

Canitur
hora diei
nona.

Largire clarum vespere, Quò vita
nusquam decidat, Sed præmium mor-
tis sacræ, Perennis instet gloria.

Et quia hæc dicta facis, largire, idest concede, clarum vespere, idest, finem nostræ vitæ, & exitum, quo pro ut: nostra, vita nusquam decidat, idest, non cadat in aliquo graui peccato, sed perennis gloria, scilicet illa, quæ est sine fine: existens supple præmium, mortis sacræ, instet nobis per remissionem peccatorum.

Dominica die, ad Vesperas.

Carmē est
quale il-
lud. Pri-
mo dierū
Canitur
hora ves-
pertina.

L Vcis creator optime, Lucem die-
rum proferēs, ^{principios} Primordijs lucis no-
ue, Mundi parans originem. *principio*

Materia huius hymni est inuocatio, quā
fecit beatus Gregorius ad dñm: vt sicut præ-
cepit mane iūctū vesperi vocari diē: ita vt
audiat preces n̄ras, & cōmendet diem dñi-
cum per opus, quod quotidie factum est,
& in eodem die, vt ibi: Fiat lux, & facta est
lux. O, optime creator lucis, idest, filij tui,
vel angelorum, proferens, idest tibuens, lu-
cem, idest, filium tuum, dierum; idest, apo-
stolorum tuorum, qui dies vocantur, pa-
rans originem, scilicet quando dixisti: Fiat
lux, idest, initium: nouæ lucis primordijs
mundi, idest, apostoli, qui lux mundi inter-
pretantur, vnde dicitur. Vos estis lux in ista
vita illustrantes omnia: vos estis sal terræ
condientes morum temperantiam: ipsi a-
postoli pastores sunt populorum omnia
conseruantes.

legenda
Qui mane iūctum vesperi, Diem vo-
confusio osura cari præcipis, *mā gūi* Tetrū chaos illabatur, *caē*
Audi preces cum fletibus.

Et tu, qui præcipis mane iunctum vesperi vocari diem, id est, noctem, qui est dies naturalis, vnde dictum est. Factum est vespere & mane dies vnus: vel aliter, tu, qui præcipis mane iunctum vesperi vocari diem, id est deitatem iunctam carni nostre, quæ obscura est vt vesperum, vocari diem, id est, Christum, qui est verus dies, tetrum chaos, i. nox & peccatum & obscuritas vitiorum, illabitur, id est, cadit in nos: & ideo audi preces nostras cum fletibus, id est cum desiderijs lachrymarum.

Ne mens ^{et ad nisi peccata} grauata crimine, Vita sit ^{in uicinia}
^{depradato seculo} exul munere, Dum nil perenne cogi-^{papa}
 tat, Seseq; culpis alligat. ^{seruigo in culpa}

Dico, audi preces nostras, & quare? ne mens, id est, anima nostra sit ponderata, crimine, id est, peccato vitiorum: & hoc est, quod dicitur, ne mens grauata, id est, oppressa, crimine, id est peccato, sit exul, id est, alienata, munere, id est dono æternæ beatitudinis, vitæ, id est Christi, qui est vita, dum mens nil perenne cogitat, id est, perpetuum, sed alligat, id est, illaqueat, sese culpis vitiorum.

Cœlorum pulset intimum, Vitale tol ^{aliquid}

et qualis Ad Completerium.
lat præm ium, Vitemus omne noxiū,
et pitem purgemus omne pessimum.

Ergo & nos debemus accipere Christū
vel æternam beatudinē: & vt hoc fiat, mēs
pullet, i. inquirat, intimū cœlorum, i. Chri-
stū: & tollat, i. acquirat, vitale præmiū, i. eter-
nā beatitudinem: ergo vitemus omne no-
xium, i. omne peccatum quantum ad cor-
pus, purgemus omne pessimum, idest, pec-
catum, quantum ad animam.

Carmē est
supra quale il-
lud. Pri-
mo dierū
Canitur
ad horas
diei Com-
pletorij.

ante TE lucis ante terminum, Rerum
creator poscimus, Vt solita cle-
mentia, Sis præsul, ac custodia. *quand*
Materia huius hymni sit, Deum optimū
maximum deprecari in inceptione noctis:
vt sicut deprecamur Deū in inceptione diei;
vt custodiat nos per totam diem, ita in in-
ceptione noctis, vt nos custodiat per totā
noctē Deū deprecamur. O, rerum creator,
poscimus, i. petimus: ante terminū lucis, i.
antequā de mūdo exeamus, vel antequam
dies recedat, vt sis præsul, i. custos, vel specu-
lator, ac custodia, vel sis Præsul ad custodiā
idest, ad custodiendum animam.

Procul

multa legi scapulae satorum qd respicit veniam
 Proculecedant somnia, Et noxium
 phantasmata. Hostemque nostrum *spatago*
 comprime, Ne polluātur corpora.
referta gentium

Dico sis præsul ad custodiā, vt procul re-
 cedant somnia, i. lōge sint à nobis & remo-
 tæ illusiones dæmonū, vel prauę delectatio-
 nes carnis: & phantasmata noctiū, i. occultę
 deceptiones, vel suggestiones, noctiū, appa-
 ritiones, i. malignorū spirituū. Nox diuidit̃
 in sex partes. s. sero siue vesper, cōticiniū, in-
 tempestū, galliciniū, crepusculū, mane. Sero
 est, quādonox imminet: illud. s. tēpus, quod
 sequitur solem occidentē. Cōticinium est,
 hora, quando homines cubitum pergunt.
 Intempestum est, quando nihil operantur,
 & est communis hora quiescendi omnium:
 medium tempus, inter gallicinium & con-
 ticinium. Gallicinium est, quando galli
 emittunt voces. Crepusculum est, quan-
 do dubium est inter diem & noctem. Ma-
 ne est, quando aurora apparet: & compri-
 me nostrum hostem, idest, diabolum vel
 carnē, ne corpora nostra polluātur, scili-
 cet malo vel corporali pollutione.

Ad Completorium: in Quadragesima.

Carmē est
cacoime-
trum simi-
le tantum
diametro
iambico.

Canitur
in quadra-
gesima ho-
ris diei ad
completo-
rium.

CHriste, qui lux es & dies, Noctis
tenebras detegis, Lucisq; lumē
crederis, Lumen beatum prædicans.

Materia huius hymni est, quòd depreca-
ri debemus Deū, vt det nobis quietā noctē
& defendat à perfido hoste, & oculi somnū
capiant, q̄ cor semp̄ ad Deū vigilet. O Chri-
ste, qui es lux angelorū, & illuminator oīm
sanctorū: vnde ipse dixit. Ego sum lux mun-
di, & dies, i. Christus, qui illuminat omnē
diē, & parat omnem lucem. Cum autē mi-
rabile sit, quia sicut pater est lux, & filius, &
Spiritus sanctus sit lux: nō tñ tres luces: sed
Pater & Filius & Spiritus sanctus, vna & in-
separabilis est lux: sicut in hac dictione, quæ
est lux, sunt tres literæ: & vnus sonus, cui ad
significationem ipsius sensus aliquid addi
vel minui non potest: sic quoque cum tres
personæ sint, est vna deitas, cui naturaliter
addi vel minui nihil potest. Nō enim Deus
tres luces est: quia si verū esset, iam lux vna
non esset, nam quicquid corporaliter diui-
di potest in illa substantia: quæ diuersita-
tē patit: nō pōt dici vnū, & detegis, i. aperis:
tenebras: i. versutias, noctis, i. diaboli, quæ

pro & crederis lumen lucis, idest patris: tu dico, prædicans, idest, promittens Apostolis, beatum lumen, idest, Spiritum Sanctū.

Precamur sancte domine. Defende nos in hac nocte, Sit nobis in te requies, Noctem quietam tribue.

O sancte domine, qui dominaris, precamur. i. rogamus te, defende. i. protege, nos, a vitijs & ab insidiatoribus nostris, idest demonibus: qui vt leones rugientes circumquærentes, quem deuorent: vt ait Apostolus, in hac nocte, idest in præsentivita: & requies sit nobis in te, idest requiescamus tecum in coelesti regno, & tribue, idest concede, noctem quietam, idest tranquillam & securam.

Ne grauis somnus irruat, Ne hostis nos surripiat, Nec caro illi consentiēs, Nos tibi reos statuat.

Ne grauis somnus, idest, ne graue peccatum vel delectatio peccati, irruat, idest opprimat, nec nos hostis, idest, diabolus, surripiat, idest fraudulēter decipiat nos, nec caro, nostra, illi consentiens, scilicet, Diabo-

Ad completorium in Saxagesima.

Io: in peccato nos reos statuat. i. faciat esse culpabiles tibi i. domino. Quia dominus noster est secundum naturam.

Oculi somnū capiant, Cor ad te semper vigilet, Dexterā tua protegat, Famulos, qui te diligunt.

Quamuis dico, quod grauis somnus nō irruat: tamen non dico, quod oculi somnū non capiāt: imo aliquantulum capiant: & hic, oculi somnum capiant i. aliquantulū capiant: vt corpus refocilletur, cor, idest, mēs, semper vigilet ad te, ò tu domine dextera tua. i. auxilium tuum, protegat famulos, scilicet, qui te diligunt.

Defensor noster aspice, Infidiantes reprime, Guberna tuos famulos, Quos sanguine mercatus es.

Defensor noster aspice nos: & reprime infidiantes, idest, dæmones, qui semper infidiantur nobis: & quod maligni spiritus semper sunt parati infidiari nobis & nocere & animas iugulare. i. petim⁹, vt Deus eos reprimat & restringat, ne nocere valeant. Est notandum, quod maligni spiritus tres habent

habent habitationes, scilicet, in inferno, in aëre, & in terra. Illi, qui in terra manent, diuidantur in duas partes: & vocantur Leruæ & lerues. Leruæ in nocte ledant, lerues autem in die, gubernata, idest, rege nos, tuos famulos, quos mercatus es. i. redemisti tuo sanguine. Et nota, quod diu per peccatum serui fuimus: modo per Christum liberi facti sumus: quia nec auro corruptibili: sed suo proprio sanguine nos redemit.

Memento nostri domine, In graui isto corpore, Qui es defensor animæ, Adesto nobis Domine.

Et quia sumus redempti sanguine domini: ideo non debemus voluptati nostræ satisfactionem facere: sed præceptis eius pro salute nostra, nos metipsos onerare & iugiter applicare: vnde David, Præceptum domini lucidum illuminans oculos meos. O dñe, memeto nri in graui isto corpore, i. corruptibili, qui es defensor animæ, o tu dñe, adesto nobis. i. esto ad defensionē nrām

Mmēse cœli cōditor, Qui mixta ne qarmē est confunderēt, Aquę fluentia diuidēs, quale il.

Cœelum

Iud, Pri-
mo dierū.

Canitur
ad horas
vesperti-
nas feria
secūda.

Coelum dedisti limitem.

Materia huius hymni est inuocatio, quā facit autor, vt quēadmodū Christ⁹ terrā ab aquis in secunda die separauit: partem in terra reliquit, & partem in coelum attulit propter nimietatem aquæ: ideo quia terra confusa erat, & ne calor solis dissiparet res mundanas: ita diuidat mētes nostras a malis operibus. Secundum quæritur, cur partem attulit in coelum? quia coelum igneū est. Ignis leuis materiæ est: & ideo si non interposuisset aliud elementum, puta aquā, ignis totam terram leuiter combureret. Et si quærat, qualiter aquę manent super ignē? Augustinus dicit, quod fortitudo ignis aquam coagulat, & coarctat. Item quæritur, si coelum mobile est, & rotundū: quo modo manet sursum? Ambro. dat hoc exēplum: quia multa corpora exterius sunt rotunda, quæ interius sunt quadrata: & sic potest esse coelum. Cœlestes namque naturæ igneæ sunt. Vnde spiritus dicitur purus æther: quia rogos, id est ignis. Vnde nisi vnda superioris & inferioris aquæ æthera siue ignem temperaret: totam terram incende-

ret,

ret, & ruptam in puluerē dissiparet. O, Chri-
ste conditor immense, sine mensura, cœli
quē diuidens fluenta aquæ, idest aquarum
cursus, ne confunderet mixta, super faciē
terræ. i. confusionem faceret, cœlum dedi-
sti limitem, idest terminum inter aquas su-
periores, & inferiores.

Firmans locum cœlestibus, Simulq;
terræ riuulis. Vt vnda flammam tēpe-
ret, Terræ solum ne dissipet.

Tu, dico, firmans locum inter aquas cœ-
lestes & aquas terrestres, cœlestibus. i. ange-
lis, vel aquis, & simul riuulis terræ, idest flu-
minibus vel peccatoribus, vt vnda. i. aqua,
temperet flammam. i. ignem firmamenti, ne,
flammæ dissipent solum terræ, solum, idest
soliditatem.

Infunde nunc pijsime Donum pe-
rennis gratiæ, Fraudis nouæ ne casi-
bus, Nos error atterat vetus.

O tu pijsime, infunde nunc. i. in præsen-
ti, donum perennis gratiæ. i. Spiritus Sācti
ne error idolatriæ vel originale peccatum,
vetus. i. antiquus, atterat. i. conterat, nos ca-

sibus

Feria secunda ad horas nocturnas.

sibus nouæ fraudis. i. heresis vel diaboli: nocæ dicit, quia nullus alius peccauerat per originale peccatum.

Lucem fides inueniat. Hæc luminis iubar ferat, Hæc vana cuncta terreat, Hanc falsa nulla comprimant.

Fides, nostra inueniat lucem, tuam, o tu Christe: inueniando, ferat iubar. i. splendorem luminis. i. Spiritus Sancti: & ferendo iubar, tribuat se nobis, hæc. s. fides terreat cuncta vana. i. cunctam prauitatem hæreticā, nulla falsa comprimant. i. deprimant, hanc scilicet fidem.

Carmē est quale illud, Primo dierū. Canitur feria secunda ad horas nocturnas.

Somno resectis artubus Spreto cubili surgimus, Nobis pater canentibus, Adesse te deprecimur.

Materia huius hymni est, quia debemus surgere de lecto. i. de peccato: & deprecari Deum, vt dimittat nobis peccata nostra. s. præsentia, præterita, & futura. Cū facimus inuocationem ad Deum patrem: sic debemus dicere. O Deus pater, resectis artubus somno. i. sensibus nostris repletis. i. mundana delectatione, surgimus spreto cubili. i.

ipsa

ipsa delectatione: quia postquā fuerint mēbra nostra refocillata somno, & reparata virtute, debemus cū indignatione spernere, & ad Dei seruitiū festinare: & tūc Deus aderit nobis, deprecemur, idest, deprecemur te adesse, scilicet præsentem, nobis canentibus i. laudantibus.

Te lingua primum concinnat, Temētis ardor ambiat, Vt actuum sequentium, Tu sancte sis exordium.

Et ideo nō solū corde: sed etiā lingua te deprecamur, o Dñe, lingua nra cōcinnat. i. laudet te primū. i. maxime super omnia, ardor. i. amor mentis nostræ, ambiat. i. desideret te: & ad quid? vt tu sancte pater, sis exordium. i. principium nostrorum actuum sequentiū, vt omnis nostra actio à te semper incipiat, & per te incepta finiatur.

Cædant tenebræ lumini, Et nox diurno syderi, Vt culpa, quam nox intulit, Lucis labascet munere.

Tenebrę. i. vitia & peccata: cædant, idest locum dent, lumini, idest, Christo, & nox, suple cędat, diurno syderi, idest soli, vt culpa.

Feria secunda ad horas nocturnas.

culpa. i. peccatum, quam nox intulit, nobis
idest diabolus, labascet. i. euaneſcat mune-
re. i. gratia, lucis Christi vel Spiritus Sancti.

Precamur idem supplices, Noxas vt
omnes amputes, Et ore te canentiũ,
Lauderis in perpetuum.

Nos supplices, idest humiles, precamur
idem. i. illud: & ad quid? vt amputes, aufe-
ras, omnes noxas, idest omnia peccata &
vitia, vt lauderis in perpetuum ore canen-
tium te.

Carmẽ est
quale il-
lud, Pri-
mo dierũ.
Canitur
ad laudes
matuti-
nas feria
secũda.

Splendor paternæ gloriæ, De luce
lucem proferens, Lux lucis, & fons
luminis, Dies diem illuminans.

Materia huius hymni est Patris & Filij &
Spiritus Sancti credulitas: & tamen quòd
Pater sit in Filio, & Filius in Patre: & Spiri-
tus Sanctus procedens ab utroque: & per
hanc credulitatem rogamus, vt cõfirmet,
idest, conferat nobis suã gratiam: vt sit no-
bis cibus. O Christe, qui es splendor pater-
næ gloriæ, idest, patris: quia per patrem glo-
rificatur, proferens lucem, idest, Spiritũ Sã-
ctum, de luce: idest, de patre: vel proferens,

idest,

idest, manifestās, lucem, idest, te ipsum æter-
nam lucem venientem in huac mundum,
de luce paterna. O lux, idest filius, lucis, i. pa-
tris, & fons & origo luminis, vel Spiritus
sancti, tu dico, dies illuminans diem, idest
illos, quos prædicatione Apostolorum fa-
cis illuminari.

Verusque sol illabere. Micans nitore
perpeti, lubarque sancti Spiritus, In-
funde nostris sensibus

Et ô tu Christe, qui es verus sol, illabere,
idest mitte iubar scilicet splendorem Spiri-
tus sancti, nostris sensibus, idest, nostris mē-
tibus: vt non solum vocemus te filium sed
patrem.

Votis vocemus te patrem, Patrem pe-
rennis gloriæ, Patrem potentis gratiæ
Culpam releget lubricam.

Et non solum vocemus te filium: sed vo-
tis vocemus, idest, precemur cum deside-
rio: vocemus, inquam, te patrem perennis
gloriæ, & perpetuæ, quia infinita erit: & vo-
cemus, vt pater potentis gratiæ releget, id-
est, restringat vel mittat in exilium, culpam

D lubricam

Feria secunda: ad Laudes.

lubricam, idest libidinem, quæ facit hominem cito labi de bono ad malum.

Confirmet actus strenue, Dentem retundat inuidi, Casus secundet asperos, Donet gerendi gratiam.

Dixi inuocemus: & quare? ut pater confirmet, idest, componat, actus strenuos, idest, honestos, scilicet bonas operationes: & retundat, idest, frangat, dentem, idest, fortitudinem, inuidi, idest, diaboli. Et quemadmodum aliquis mordet escam: ita diabolus mordet, & seducit Christianos operando mala in eis: & secundet, idest, faciat prosperos casus, nosque asperos, scilicet castigando nos sæpissime faciat secundare, donet nobis gratiam gerendi, idest, patiendi eisdem casus asperos.

Mentē gubernet & regat, Casto fidelicorpore. Fides calore ferueat, Fraudis venena nesciat.

Modo conuertit se ad fideles, quasi dicat, filius infundat in nobis iubar sancti Spiritus: & actus nostros dirigat, & gubernet mentem, id est animam nostram, & regat, eam castam in fide

de

de catholica, fidei corpore, sanctæ Ecclesiæ: & fides nostra, ferueat, idest, ardeat, calore charitatis vel amore Spiritus sancti, nesciat venena, i. hæreses fraudis, diaboli.

Christusque nobis sit cibus, Potusque noster sit fides: Læti bibamus sobriam, Ebrietatem spiritus.

Vt mēs sit nescia fraudis (Christus sit nobis cibus) i. prædicatio Dei, quæ reficiat nos i. mentes n̄as: vt cibus reficit corpus, & hac commestione, idest, prædicatione habeamus potum, idest, fidem. Fides est charitas prædicationis (q;) pro et (Ch̄sus sit cibus celestis) i. & fides scilicet catholica) sit noster potus: læti) i. alacres vel hilares (bibamus sobriam ebrietatem) idest, temperatam scilicet infusionem Spiritus sancti: vt nos seruet à peccato. Ebrietas spiritus est sobria, idest temperata & modesta: quia homines inflammat amore Dei, & seruat ab amore peccati: quia sicut ille, qui est ebrius, obliuioni tradit omnia, nec recordatur: sic qui plenus est Spiritu sancto, vel gratia Spiritus sancti, omnia mundana obliuiscitur.

Lætus dies hic trāseat, Pudor sit vt di-

luculum . Fides velut meridies , Crepusculum mens nesciat.

Hic dies, idest, præsens vita (læta trāscat) idest) exterminetur lētus (dies) idest , Christus adueniat ad nos (& pudor) idest, castitas (sit vt diliculum) idest, vt aurora luceat (fides sit vt meridies) & ferueat amore Spiritus sancti sicut meridies feruet (& mēs crepusculum nesciat) idest, peccatum: quia crepusculum est lucis: idest, diei finis, & noctis principium.

Aurora cursus prouehit, Aurora totus prodeat, In patre totus filius, Et totus in verbo pater.

Aurora (idest Pater) prouehit cursus (idest, ducit filium suum ad sui superiora (aurora prodeat) idest, manifestetur totus in substantia deitatis, quia filius in substantia deitatis totus est in patre: & pater totus in verbo, idest, filio: quia totus vnus est Deus.

Carmē est
quale illud,
Primo dierū.
Canitur

Consors paterni luminis, Lux ipse lucis & dies, Noctem canēdo rumpimus, Assiste postulantibus.

Materia

Materia huius hymni est resurrectio ad horas
Etis: sicut nos surgendo rumpimus noctem noctur-
ita Christus surgendo rumpit mortem, id. nas.
est, vicit peccatum: vel sicut dies adueniēs,
noctis umbram effugat: sic adueniente ve-
ro lumine, scilicet Christo, ipse Christus vi-
tiorum, idest peccatorum tenebras effuga-
uit, & totum mundū illuminauit. O, Chri-
ste (consors) idest, equalis, vel conscius eius
naturæ, qui est pater, quia vnum est nomen
Patris & Filij & Spiritus sancti (paterni lu-
minis) tu, inquam, Christe consors lumi-
nis: tu ipse lux, idest, filius lucis, idest, Patris
(& dies) dierum vel omnium luminum (rū-
pimus noctem) idest, peccatum (canendo)
idest, laudando te. Et ideo (assiste postulan-
tibus) te cum precibus.

Aufer tenebras mentium, Fuga cater-
uas demonum: Expelle somnolentiā.
Ne pigritantes obruat.

Aufer tenebras, idest, ignorantiam, men-
tium nostrarum, fuga cateruas demonum
idest, turbas malignorum spirituum: expelle
somnia, idest, animi pigritiam, ne,
illa somnolentia, idest, peccatorum dormi-

tio vel negligentia, obruat, idest præcipitet, pigritantes, idest in peccatis dormientes.

Sic Christe nobis omnibus, Indulgeas credentibus, Vt profit exorantibus, Quod præcinnentes psallimus.

Sic, idest taliter: O, Christe indulgeas, i. miserearis, omnibus credentibus nobis, vt quod præcinnentes, i. laudantes, psallimus ore scilicet & corde, profit exorantibus. s. proficiat nobis deprecantibus.

Carmen est quale illud, Primo dierum. Canitur ad laudes matutinas. Feria tertia.

Ales diei nuncius, Lucem propinquam præcinnit. Nos excitator mentium, iam Christus ad vitam vocat.

Materia huius hymni est exhortatio Christi ad nos, vt surgamus à vitijs, & adhæreamus virtutibus: & præmittit exemplum alitis, i. Galli. Sicut enim galli cantus nos excitat, vel vocat ad diem venientem: sic Christus excitat mentes nostras, vocat nos per scripturas sacras ad opera virtuosa, prænunciās, quia in proximo est venturus: eius vero adventus tempus ignoratur. Vnde benedicunt. Surgite, & vigilate: quia nescitis diem neque horam &c. Ales, i. Gallus nuncius diei præcinnit, i. prædicit, lumen, i. diem nobis propinquam. Christus excitator mentium nostrorum vo-

cat nos ad vitā iā, idest, iam ad se vocat nos. Auferte clamat lectulos, Aegros sopore defides, Castiq;, recti, ac sobrij, Vigilate iam sum proximus.

Christus, clamat, i. vocat & præcipit nobis, auferte, i. relinquitte, lectulos, dicēs: ô defides, i. ô pigri, relinquitte, lectulos ægros, carnalitatē vel corda v̄ra sopore, i. peccato irretita aut insequētes libidinē: & vigilate casti, nō postulātes, recti, nō tortuose, sobrij nō ebriē & bñ debetis facere hoc, quia ego X̄ps, iam pxim⁹ sum vobis. Vel secūdū aliā literā. O, Casti aīa & corpore, ô recti verbo & opere & sobrij idest temperati cibo & potu vigilate iam sum proximus.

Iesum ciamus vocibus, Flentes peccātes sobriē, Intenta supplicatio, Dormire cor mundum vetat.

Et quia X̄ps est pxim⁹: o fr̄es, ciamus, vocem⁹, Iesū, vos dico, flētes precātes, i. cū fluctu rogātes illum, sobrie, i. cū sobrietate, sine omni fēditate, intēta supplicatio, i. assidua deprecatio, vetat cor mūdū dormire, idest, in aliquo mortali peccato manere.

A d nocturnos.

Tu Christe, somnum discute: Tu rumpere noctis vincula: Tu solue peccatum vetus: Nouumque lumeningere.

O tu Chiste, discute, i. dissipa: vel discute, i. diuide, somnum, i. peccatum vel diabolum, ne nos decipiat; & tu rumpe discutendo vincula noctis, i. diaboli: vel penas inferni, quæ dñr nox: vt nō nos decipiat, tu solue peccatum vetus, i. originale, & ingere, i. immitte nouum lumē, i. Spiritum sanctū, q̄ dicit̄ nouus: quia eijciendo à nobis vetera peccata, & nos renouat lumine gratiæ.

Carmē est quale illud. Primo dierū. Canitur horis vesperarū feria tertia.

Telluris ingens conditor: Mundi solum qui eruēs, Pulsis aquæ molestijs, Terram dedisti immobilem.

Materia huius hymni est deprecatio, quam facimus ad Deum: vt sicut Deus pater fecit cœlum & terram, & diuisit superiora ab inferioribus: ita sua pietate nostra peccata dimittat: & sicut dedit terrā immobilē, vt faceret fructū gratū, ita faciat mēbra nra acceptabilia ad fructificādū sibi. O, ingens conditor telluris, id est totius orbis, qui eruens, i. diuidens, solū mūdi ab aquis. s. ab inferioribus.

inferioribus & a superioribus: & dedisti terram immobilem, & hoc, pulsis molestijs aquæ, idest elementis, quæ valde molesta erant, dum inter se essent confusa, idest simul mixta.

Vt germen aptum proferens, Fuluis decora floribus, Fœcunda fructu sisteret: Pastumque gratum redderet.

Vt illa terra scilicet proferens, idest producens, germen aptum, idest congruum hominibus, sisteret. i. permaneret fœcunda. i. abundans, & fertilis, fructu, acceptabili: illa dico decora. i. speciosa, fuluis floribus, idest rubeis & albis, quæ, pro, &, redderet gratum pastum. i. cibum acceptabilem tam hominibus, quam animalibus.

Mentis perustæ vulnera Munda viro
re gratiæ, Vt facta fletu diluat, Motus
que prauos atterat.

O Christe, munda. i. purga, vulnera perustæ mentis. i. peccata, vel flammam animæ peccatricis, & hoc, gratiæ virore. i. Spiritus Sancti, vt, diluat facta, idest, emendet peccata commissa, fletu. i. gemitu, quæ pro, &, at-

Feria secunda ad Vesperas.

bus. Fucus dicitur falsus color, qui mixta inter veros colores offuscatur eos, quæ, omnino purgantur tua luce, id est, tuo splendore: bene dico tua luce, quia o tu Christe es, lux eorum sideris, id est, orientalis scilicet patris: & ideo, illumina nos sereno vultu. i. claritate spiritus Sancti.

Carmen est quale illud. Primo dierum. Canitur ad horas vespertinas quartæ ferie.

COeli Deus sanctissime, qui lucidum centrum Poli, Candore pingis igneo, Augens decoro lumine.

Materia huius hymni est laus, quam consona voce, scilicet corde & opere tenemur Deo persolvere, ideo, scilicet quia ad utilitatem nostri omnia construxit, & fecit, ut cælum, & terram, & multa alia. Primo fecit cælum & terram: postea mare, quarta die solem & lunam. &c. Item ut ad bravium suæ remunerationis nobis pateat accessus, præterita, præsentia dimittendo peccata, nos ad sui amorem facit pervenire. O, Sanctissime Deus cæli, qui pingis, id est, decoras, lucidum poli centrum, id est spacium vel punctum poli: vel zodiacum,

per

per quem signa decurrunt: zodiacus animal interpretatur: centrum est medietas spheræ. hic posuit centrum pro cælo, idest, partem pro toto, igneo candore, idest splendore: tu dico, augens decoro lumine, idest claritate. scilicet centrum poli cum pictura. scilicet & claritate stellarum.

Quarto die qui flammeam, Solis rotam constituens: Lunæ ministras ordini, Vagos recursus syderum.

Tu, qui constituens rotam solis flammeam, idest: ardentem, quarto die. Notandum est, quòd per quatuor dies mundus sine sole permansit. Prima die facta est Angelica creatura. Secunda die cælum & aër. Tertia die terra & aqua. Quarta die sol, & luna. Quinta die pisces & aues. Sexta die animalia & homines. Et tu es, ministrans. i. tribuens ordinem lunæ, & vagos. i. varios syderum cursus. i. stellarum motus, quia non currunt cursu eodem semper stellæ: vel quantum ad planetas est vagus cursus. Alius est enim cursus lunæ, alius cursus solis, alius syderum. Ut noctibus vel lumini, Direptionis terminum, Primordijs & mensium,

Signum

Feria quarta ad Laudes.

O Deus, vides malum, quod gessimus. i. fecimus: & ideo, p̄adimus occulta nostra, idest peccata. s. per confessionem, gementes. i. suspirantes, fundimus tibi preces, & ideo, dimitte. i. dona, quod peccauimus. i. deliquimus.

Carmē est quale illud. Pri- mo dierū. Canitur ad laudes matutinas feria quarta.

Nox, & tenebrę, & nubila, Cōfusa mūdi: & turbida (Lux intrat, albescit pol⁹, Christ⁹ venit) discedite.

O, nox, idest, diaboli, &c. Nox aliquādo accipitur p̄ ira, pro tēpore, pro diabolo, & pro obscuritate: & ideo, ò tenebrę, idest, ò peccata, & nubila, discordiæ hæreticorum, & turbida mundi. i. turbaciones, & seditio- nes, cōfusa, idest, permixta, discedite, idest, recedite, quia sicut nox diem: sic peccata iu- stitiam, & diabolus Christum fugit. Recedi- te, inquam, & bene debetis: quia. Christus, existens lux intrat, mentes fidelium, polus, i. corpus, albescit. i. nitescit bonis operibus: quid dicam per singula? Christus venit, in corda nostra.

Caligo terre scindit̄, Percussa folis spi- culo, Rebusque iam color redit, Vul-

tu nitentis syderis.

Caligo terræ. i. obscuritas nostra, scinditur. i. diuiditur, vel secreta hæreticorum, caligo dico, percussa spiculo solis, aspectu Christi. i. diuino verbo: & color. i. vigor Spiritus Sancti, qui recessit propter præsentiam tenebrarum, iam redit, animabus nostris. vultu nitentis syderis. i. splendore Spiritus Sancti, qui est verus sol.

Te Christe solum nouimus, Te mente pura, & simplici, Flendo & canendo quæsumus, Intēde nostris sensib⁹.

O Christe, nouimus te solum, redemptorem, & illuminatorem, te, & non alium, pura mente, & simplici, sine hypocrisi, quæsumus flendo, peccata, & canendo. i. laudādo te, intende. i. præbe assensum, nostris sensibus, idest, intentionibus.

Sunt multa fucis illita, Quæ luce purgētur tua: Tu lux eoi syderis, Vultu sereno illumina.

Multa. i. multæ virtutes, sunt illita, nobis idest inuncta vel vncta, fucis. i. falsis coloribus.

Feria quarta ad nocturnos.

terat. i. auertat prauos motus). i. refrenet nostros prauos actus.

Iussis tuis obtemperet, Nullis malis approximet. Bonis repleti gaudeat. Et mortis actum nesciat.

Et mens illuminata (obtemperet iussis tuis). i. obeniatur mandatis tuis (& non approximet) i. nō accedat, vel appropinquet (malis nullis scilicet operibus:) sed gaudeat repleti bonis) operibus (& nesciat actum mortis). i. cognoscat mortale peccatum, vel pœnas inferni.

Carmē est quale illud. Pri- mo dierū. Canitur ad nocturnas horas feria quarta.

Rerum creator optime, Rectorq;
noster aspice, Nos a quiete no-
xia, Mersos sopore libera.

Materia huius hymni est inuocatio ad Deum vt dignetur criminibus nostris ignoscere: vt sicut surgimus de lecto, & rūpimus noctem, sic Christus rūpat peccata. O (optime creator omnium rerum) & o (rector noster aspice nos). i. libera nos) a quiete noxia) quia, que carnem oblectant, noxia sunt scilicet animæ: nos dico (libera). i. redime (mersos). i. obrutos (sopore) id est, peccato.

Te,

Te, sancte Christe, poscimus, Ignosce tu criminibus, Ad confitendū surgimus, Morasq; noctis rumpimus.

Ideo poscimus. i. deprecamur te, o (sancte Christe, ignosce). i. parce culpis omnibus, vel ignosce tu criminibus nostris omnib⁹, surgimus de virtute in virtutē, scilicet confitendo peccata, & rumpimus moras. i. impedimenta, noctis, idest diaboli.

Mentes manusq; tollimus, Prophetā sicut nouimus, Nobis gerendū præcipit, Paulusq; gestis censuit.

Tollimus, idest, subleuamus, mētes, idest cogitationes, & manus. i. operationes, sicut nouimus Prophetam, scilicet David, qui, præcipit, idest iubet, nobis, gerendum, idest faciendum dicēs: Media nocte, &c. Et, Paulus censuit in scripturis suis indicauit dicens: Hora est iam nos de somno surgere, gestis, idest factis.

Vides malū, quod gessimus, Occulta nra pandimus, Preces gemētes fundimus, Dimitte, quod peccauimus.

O Deus,

Feria quarta ad Vesperas.

Signum daret notissimum.

Et quare? vt luna daret terminum direptionis. i. separationis vel diuisionis, noctibus vel, etiam, lumini. i. diei, vt daret notissimum signum primordijs. i. principijs, mensium: quia mensis habet triginta dies paulo plus vel minus.

Illumina cor hominū, Absterge sordes mentium, Resolue culpæ vinculū
Euerte moles criminum.

Et tu, quia tu fecisti hæc omnia illumina cor hominum, & absterge sordes. i. prauas cogitationes, mentium nostrarum, resolue culpæ vinculum, euerte moles criminū. i. magnitudines peccatorum.

Carmē est quale illud. Primo dierū. Canitur ad horas vespertinas quarta feria.

NOx atra rerum contegit, Terræ colores omnium, Nos confitētes poscimus, Te iuste iudex cordium.

Materia huius hymni est, rogare Deum: vt ipse caliginem mentis ac corporis a nobis expellat. Rogamus etiam in hoc clemētiā Dei, vt nos defendat ab hoste antiquo: & expellat intrinsecam obscuritatem: mentis & corporis caliginem: & sui luminis claritatem

ritatem cōcedat. Atra nox, idest, diabolus, vel peccatum, contegit. i. obtenebrat, colores herbarum, & ceterarum rerū in suis profundis tenebris obducit, & sepelit. Sed cū hoc sit, nunc, quòd lucem syderis habeamus in mente: & hoc in medijs noctibus. i. quādo mūdas sedet in tenebris: & plus semper crescunt incendia carnis, surgamus cōfidentes Deum, scilicet iudicem cordium nostrorū. Et rogamus iudicem, vt auferat à nobis caliginem peccatorum: & det nobis suæ gratiæ dulcedinem: & ideo, cum nox, atra contegit, idest, tenebrosos reddit colores omnium rerum terræ, confitentes tibi peccata nostra, poscimus te. i. poscimus ea quæ sunt vitæ scilicet misericordiam, te dico, ò iuste iudex cordium, scilicet animarū nostrarum, & quare?

Vt auferas piacula, Sordesque mētis
abluas: Donecque, Christe, gratiam,
Vt arceantur crimina.

Vt auferas piacula, idest, graua peccata, & abluas mentis sordes, idest, suggestiones diabalicas, quæ pungunt nos, & o Christe, donec gratiam, sancti spiritus: vt, crimina ar

E cean

Feria quinta ad nocturnas laudes.

ccantur. i. expellantur: & quare?

Mens ecce torpet impia, Quam culpa mordet noxia, Obscura gestit tollere, Et te redemptor quærere.

Dico, quòd expellantur crimina: & quare? quia, ecce mens impia. i. peccatrix, torpet. i. pigrescit, quam mentem culpa noxia. i. mala, mordet. i. ligatā tenet, & mēs gestit. i. cupuit tollere. i. ðpellere à se, obscurā. i. peccata, & gesti te quærere, o redēptor. Repelle tu caliginem, intrinsecus quā maxime, Vt in beato gaudeat, Se collocari lumine.

Et quia gestit, tu repelle intrinsecus, idest ex anima, caliginem, idest cæcitatem peccati, quā maxime, idest, multum, vt illa mens gaudeat se collocari in beato lumine. i. æterna beatitudine.

Carmē est quale illud. Primo dierū. Canitur ad laudes matutinas feria quinta.

L Vx ecce surgit aures, Pallens fatiscat cæcitas, Quæ nosmetipsos in præces, Diu errore traxit deuio.

Iste hymnus continet, idem cum superiori

riori hymno scilicet intentio versus est hæc scilicet ne oculi peccent. Hic ponitur anapestus pro spondeo: & spondeus sedeo loco ponitur pro iambo. Nox usque modo texit colores terræ: sed modo decedit, quia ecce lux aurea. i. Evangelica prædicatione surgit, i. in corda nostra. Et ideo, omnis, cæcitas pallens. i. diabolus: fatiscat, id est euanescat quia cæcitas, traxit, id est, duxit nos metipfos in præceps, id est, in ruinam, vel in præcipitium, diu, id est multum, de uio errore.

Hæc lux serenum conferat, Purooque nos præstet sibi, Nihil loquamur subdolum, Voluamus obscurum nihil.

Dixit, quod lux surrexit, & ideo, Hæc lux cōferat, nobis, serenum. i. virtutem Spiritus Sancti: & præstet nos pura. i. donet nobis puritatem animæ, sibi. i. ad honorē suum: & hoc sic: vt, nihil loquamur subdolum. i. deceptium: & nihil voluamus obscurum. i. nullum cogitemus peccatum.

Sic tota decurrat dies, Ne lingua mēdax, ne manus, Oculi peccent lubrici

Feria quinta ad Vesperas.

Neue noxa corpus inquinet.

Tota die, idest, totum tempus vitæ nostræ, decurrat sic, vt non loquendo subdolum, ne lingua mendax sit. i. ne dicat mendacium, ne manus peccent, non faciāt, aut operētur aliquid mali, ne oculi lubrici peccent. i. videndo & concupiscendo illicita, neue noxa, idest, culpa inquinet, non polluat corpus nostrum.

Speculator astat desuper, Qui nos diebus omnibus, actusque nostros prospicit, A luce prima in vesperum.

Et nolite peccare, quia, speculator, idest dominus, astat. i. prospicit, desuper, idest, de cœlo, nos omnibus diebus. i. quotidie: & actus nostros prospicit. i. videt, & considerat, a prima luce. i. a natiuitate, in vesperū, vsque ad mortem.

Carmē est quale illud. Primo dierū Canitur ad horas vespertinas quinta feria

Magnæ Deus potentia, qui ex aquis ortum genus, Partim remittis gurgiti, Partim leuas in aëra.

In hoc hymno continetur, quid Deus fecit in quinto die, scilicet creauit Pisces, & Aues, ex aqua: & ipsorum, quæ ex aqua

aqua fecit: partim immisit gurgiti, vt pisces partim leuauit in aëra, vt aues: Creauit quoque cete grandia, benedixit què eis dicens, Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris. Auesque multiplicentur super terram. Pisces, & Aues de aqua sunt orti: sed Aues non comeduntur in omni tempore vt Pisces: quod ideo fit: quia Aues per coitū generantur: vt nos generamus: quod nō est in Piscibus, quia sunt calidioris naturæ. Intendit etiam auctor rogare Deum, vt nos, qui sumus abluti sacro baptifmate, sic seruet, vt nesciamus lapsus criminum: & vt mala culpe nō deprimāt nos, i. criminalia peccata. O, Deus magnæ potentia, qui remittis genus. i. Pisces, & Aues: genus dico ortum ex aqua. i. ex aqua baptifmatis partim, gurgiti, idest, in mari, idest, in inferno: vt Pisces, idest, malos homines, & leuas partim in aera, vt aues. i. bonos homines, quasi dicat. Sicut in aëre aues collocasti: ita in cœlo homines uel sanctos.

Diuersa limphis imprimens, Subue
sta cœlis irrogans. Vt stirpe vna pro
dita, Diuersa rapiant loca.

Peria sexta ad horas nocturnas.

Tu dico, imprimēs .i. submergēs, dimeſſa .i. deorsum merſa, vt piſces, .i. malos homines limphi .i. aquis infernalibus: irrogās .i. subleuans, subuecta .i. sursum uecta, vt aues .i. puros homines, prodita .i. orta, vna firpe .i. vno baptiſmate renati, rapiant .i. accipiant, diuerſa loca, ut aëra & aquam .i. vitam æternam, & æternam damnationem.

Largire cunctis seruulis: Quos mundat vnda ſanguinis, Nescire lapsus criminum: Nec terre mortis tædium.

Et tu, qui omnia feciſti, largire, .i. tribue hoc .s. nescire lapsis criminū .i. casum illum, qui in baptiſmo dimiſſus est, cūctis seruulis, tuis, quos vnda ſanguinis, tui, mundat, à peccato, ne, pro & nō tribue nō, ferre .i. portare vel habere tædiū mortis .i. penā diaboli Vt culpa nullum deprimat: Nullum leuet iactantia: Elifa mēs ne cōcidat: Elata mens ne corruat.

Ad hoc largire, vt culpa .i. graue peccatum, non, deprimat, id est aggrauet, vel aggrauat vllum Christianum, & iactantia .i. superbia de bonis non leuet .i. non extol-

lat

lat vllum, & mens elisa. i. percussa vel vulne-
rata a vitijs non concidat. i. non incidat in
desperationem, nec pro &, elata mens. i. in-
flata per superbiã, non corruat, in infernũ.

TV trinitatis vnitas, Orbem potẽ- **Carmẽ est**
ter qui regis. Attende laudũ can- **quale il-**
tica: Quæ concinentes psallimus. **lud. Pri-**
mo dierũ.

In hoc hymno nos hortatur autor a som- **Canitur**
no surgere, & medelam vitiorum quære. **feria sex-**
re. Intendit etiam in hoc hymno ipsam tri- **ta ad ho-**
nitatem laudare, & inuocare, per quã mun- **ras noctur-**
dus regitur, vt impleat nos suo lumine: vt **nas.**
quicquid peccauimus fraude dæmonum,
ipse Christus abstergat cœlitus. O t u vn-
tas, idest, o tu sancte Spiritus, qui procedis
a patre, & a filio, trinitatis, vnus Deus in tri-
nitate, qui regis, idest, qui gubernas: poten-
ter. idest potentia tuã, orbem, idest mun-
dũ, intende, idest respice, vel ausculta, lau-
dum cantica, idest carmina hymnorũ no-
strorum, quę, cantica, concinentes. i. decan-
tantes, psallimus, idest cantamus.

Iam lectulo cõsurgimus, Noctis quic-
to tempore, Vt flagitemus vulnerũ,

A te medelam omnium.

Iam cōsurgimus, omnes lectulo. i. desidia. Lectulus dicitur ab electi & mollibus hæredis, super quas antiqui requiscebant, quieto tempore. i. horis notis, &, ad quid? vt flagitemus. i. imploremus, a te medelā omnium, vulnerū. i. indulgentiam omnium peccatorum nostrorum.

Quo fraude quid quid dæmonum, In noctibus deliquimus: Abstergat illud cœlitus Tuæ potestas gloriæ.

Quo, pro vt, & vt, potestas gloriæ tuæ. i. tuæ laudis, abstergat. i. abluat, cœlitus. i. diuinitus, illud, peccatum: &, quicquid vitiorum, idest, peccatorum, deliquimus, idest, fraude vel deceptione dæmonum, peccaui mus, in noctibus. i. in tenebris vitiorum.

Nec corp^o adsit sordidū: Nec torpor instet cordium, Nec criminis contagio Te pescat ardor spiritus.

Nec, pro & non: nostrum corpus adsit sordidū. i. pollutum, vel fætidum, nec torpor, idest, pigritia vel malitia cordium, nostrorum instet, nobi: & ardor spiritus, idest

id est, amor vel gratia Spiritus sancti, non te
 pescat, id est, non deficiat in nobis, cōtagio,
 id est propter maculam vel inquisitionem
 criminis, id est peccati.

Ob hoc redemptor quæsumus: Reple
 tuo nos lumine: Per quod dierum cir-
 culis, Nullis ruamur actibus.

Vt amor tuæ gratiæ non deficiat in no-
 bis, ob hoc, id est, propter hoc: o redēptor,
 quæsumus te, reple nos tuo lumine, id est,
 splendore: per quod lumen non ruamur,
 vllis actibus, id est, non cadamus vllis pecca-
 tis, circulis dierum, id est in reuolutionibus
 dierum.

A Eterna cœli gloria: Beata spes
 mortalium. Celsi tonantis vnice
 Castęque proles virginis.

Materia huius hymni est inuocatio ad
 Christum filium beatę Marię virginis, vt di-
 gnetur nobis suam misericordiam tribue-
 re: & dexteram porrigere: vt mereamur
 corroborationem fidei, spei, & charitatis
 obtinere. O Christe tu dico, æterna gloria
 cœli, id est, angelorum: vel quia pater per te

Carmē est
 quale il-
 lud. Pri-
 mo dierū.

Canitur
 ad laudes
 matutinas
 feria sex-
 ta.

E s glorifica-

Feria sexta, ad Laudes.

glorificatur, & ô beata spes mortalium, id-
est Christianorum: & ô vnice celsi tonan-
tis, idest coelestis patris secundum diuinita-
tem, & ô proles, idest, fili, castæ virginis, se-
cundum humanitatem.

Da dexteram surgentibus: Exurgat
& mens sobria: Flagransque in laudē
Dei: Grates rependat debitas.

Da dexteram, idest, auxilium tuū nobis:
surgentibus, à vitijs, & ita mens nostra so-
bria, idest, abstinens, exurgat, scilicet ad lau-
dem tuam, que pro & illa, flagrans idest, ar-
dens, in laudem, idest, in commemoratio-
nem, Dei rependat, idest, persoluat, debitas
grates, ī hymnis & cāticis Deo omnipotēti.
Ortus refulget lucifer: Sparsamque lu-
cem nunciat: Cadit caligo noctium:
Lux sancta nos illuminet.

Lucifer, idest, stella matutina, Christus
natus (refulget) nunciet mundo (lucem
sparsam) idest natam & vndique disper-
sam, & vere nunciat, quia, caligo noctium,
idest, obscuritas diaboli, cadit, idest recedit
& ideo, lux sancta, idest, Christus, qui est

lux

lux sanctificata (nos) illuminet lumine Spiritus sancti, & sanctificet nos, & saluet nos. Manensque nostris sensibus, Noctem repellat sæculi: Omnique sine diei: Purgata seruet pectora.

Vt ipsa lux manens, idest, permanens (in nostris sensibus) idest, in nobis, qui habemus quinque sensus corporis, repellat, à nobis (noctem) idest, diabolum (sæculi) huius, idest, mundi, & illa lux, seruet pectora nostra purgata à vitijs, omni sine diei, idest omni tempore vite nostræ.

Quæsitam iam primum fides: Radicet altis sensibus: Secunda spes congaudeat: Qua maior extat charitas.

Fides quæsitam (à nobis in baptismo) iam primum, idest cito: ideo dicit, primum: quia fides prima cognominabatur inter virtutes in loco, vbi dicit. Fides, spes (idest ponat radices) sensibus nostris, altis, idest, profundis (secunda spes) idest prospera, per quam spem speramus vitam (congaudeat) idest, simul lætetur, & crescat (qua) scilicet spe & etiam fide (charitas extat (iuxta illud

illud Apostoli: Maior autem horū est charitas.

Carmē est quale illud Pri-
mo dierū
Canitur
feria sex-
ta ad ho-
ras vesper-
tinas.

Plasmatō omnīs Deus: Qui cū-
cta solus ordinans, Humum iubet
producere: Reptantis & ferę genus.

In hoc hymno cognoscitur illud quod,
fecit De⁹ in sexta die: creatis si quidē omni-
bus reptilibus, scilicet piscibus, auibus, & a-
lijs bestijs, sexta die formavit Deus Adam:
præfecit eum omnibus animalibus, dicens
Crescite, & multiplicamini, & replete ter-
ram: & dominamini piscibus maris, & vo-
latilibus cœli, & vueris, qui viuunt super
terram. Posuit eum in paradiso deliciarum
vt operaretur, & custodiret illum. Intendit
itaque autor rogare Deum: vt sicut fecit
hominem, & superiorem cunctis animan-
tibus: sic faciat, vt non sit inferior animalibus
propter peccata sua. Quærit, cur Deus
homines creauit, quos malos futuros præ-
sciebat? quia sicut præuidit: quid mali essēt
facturi: sic etiam præuidebat, de malis fa-
ctis eorum quid boni ipse facturus esset: vel
quid boni homines essent facturi. O (Deus
plasmatō) idē creator (hominis) scilicet

Adæ

Adæ (qui solus ordinans cuncta) idest disponens (iubes producere (id. procreare permittis, humum, i. terram: vel (humum) i. Ecclesiam. s. bonos & malos homines. Ecclesia est congregatio fidelium (genus reptantis vt serpentum) & fere) i. bestiarum.

Qui magna rerum corpora Dictu iubentis viuuda: Vt seruiant per ordinẽ,
Subdens dedisti homini.

Et tu, ó Deus, qui fecisti (dictu iubentis) idest, verbo tuo præcipientis, magna corpora, idest, iumenta, pecora, bestias omnium specierum diuersarum, viuuda) idest, animata, & subdens. i. supponens illa animalia dedisti homini: vt seruiant per ordinem, idest vt omnia animalia supposita sint homini: quædam vt homines illa ederẽt, icilicet boves, lepores, & porcos, & talia. Et alia, vt illis vterentur: & illis equitarent, vt equos, & mulos & sic de ceteris.

Repelle à seruis tuis. Quicquid per immunditiam, Aut moribus se suggerit, Aut actibus se interserit.

Et ó Deus, repelle à seruis tuis, quicquid
suggerit

Feria sexta, ad Vesperas.

suggerit, i. infert se per immunditiam, idest per aliquam superfluitatem, culpā, vel turpitudinem: vel per sordidam commestionem, aut moribus, i. per prauam consuetudinem: vt cum aliquis, postquam incepit peccare, nequit se abstinere, sed vult semper perseuerare, aut interserit se. i. miscet, actib⁹. i. opationib⁹. scilicet cū mala facim⁹.

Da gaudiorum præmia: Da gratiarū munera, Dissolue litis vincula: Astringe pacis fædera.

Da præmia. i. remunerationes gaudiorū, æternorū, da munera gratiarū, i. dona Spiritus sancti, dissolue vincula litis. i. disliga, vel dirūpe peccata o dij, astringe, i. coniunge fædera pacis, i. contubernia superne pacis.

Carmē est
quale il-
lud, Pri-
mo dierū.
Canitur
ad horas
noctur-
nas, die
Sabbathi.

S Vm mæ Deus clementiæ: Mūdi-
que factor machinæ: Vnus poten-
tialiter: Trinusque personaliter.

Materia huius hymni est, cognitionē ha-
bere S. Trinitatis in vnitatis: & vnitatis ī Tri-
nitate. Intēdit etiā autor rogare Deū, vt cin-
gat lumbos nostros cingulo castitatis, & a-
durat, idest, inflammet, vel repleat corda-
nostra

nostra igne Spiritus sancti; vt casto corpore, & mūdo Deo seruire mereamur. O De^s summæ clementiæ, i. altæ pietatis: & o factor, i. cōpositor, machinæ, i. structurę mundi, tu dico, vnus potentialiter, idest in potentia secundum diuinitatem, & trinus personaliter, idest, trinus in personis.

Nostros pius cum canticis, Fletus benigne suscipe: Quo corde puro sordibus, Te perfruamur largius.

Et tu pius, nominatius pro vocatiuo, suscipe benignè, nostros fletus, i. lachrymas, cū canticis, idest, cum hymnis vel laudibus, quo pro vt, fruamur te largius, idest, amplius: & hoc, corde puro, idest, mundo sordibus, scilicet a vitijs.

Lumbos, iecur quæ morbidum, Adure igne congruo: Accincti vt sint per petim, Luxu remoto pessimo.

Adure. idest, accende, igne cōgruo, Spiritu sancto, lumbos nostros: &, iecur, scilicet epar, morbidum, ad morbum, & peccatum inclinatum. Et nota, quia hæc tria iecur, cerebrum, & lumbi cogūt homi-

Sabbatho ad laudes hymnus.

nem peccare, vt sint accincti, idest, lūbi sine casti contra libidinem, perpetim, idest, semper, remoto pessimo luxu, idest remota sit pessima luxuria. & alia vitia sint procul.

Vt quique horas noctium, Nunc concinnendo rumpimus: Donis beatę patrię Ditemur omnes affatim.

Vt quique, idest, quicumque concinnendo, idest, psallendo, rumpimus, idest, dum vigilamus, scilicet diuidimus, horas noctiū: omnes diuites efficiamur, affatim, idest, abundanter, beatę donis patrię, idest, beatitudine, scilicet patrię cęlestis.

Carmē est quale illud, Primo dierū, Canitur, ad laudes matutinas sabbatho die.

Aurora iam spargit polum: Terris dies illabitur; Lucis resultat spiculum, Discedat omne lubricum.

Hymnus iste continuatur superiori: ita nos rumpimus horas noctium, vt nos omnes ditemur, idest, diuites simus in Christo, & ecce aurora, idest, Christus: iam spargit polum, idest, illuminat corda hominum. Hortatur etiā nos, vt aliter nos habeamus in hoc seculo vel in mane, vt ad illud vltimum mane venire possimus: & audite me

reamur

mereamur, s. Venite benedicti patris mei, &c. Iam finito mundi termino, peccatores perpetuis tenebris obscurati tradentur. Fidelibus vero, & iustis qui in hac vita non sunt in nocte scilicet in luce, gloria & præmium effluet, i. abundanter clarescet: & hoc est, quod precamur, Aurora idest, Christus spargit polum, idest, illuminat mentes vel Ecclesiã: & dies illabitur, i. immergitur terris, & spiculum: i. pulchritudo vel aspectus lucis, i. claritatis resultat, & ideo omne lubricum, idest, omne peccatum (discedat à nobis

Phantasma noctis decidat: Mētis reatus subruat, Quicquid tenebris horridum: Nox attulit culpę cadat.

Phantasma (idest, phantasia) vel deceptio (noctis) idest diaboli, decidat (id. cadat vel ruat) (reatus) idest; culpa (i. subruat) idest cadat à nobis: &, quicquid horridum, idest deforme culpæ, nox, idest, diabolus, vel nocturna cogitatione, attulit, nobis in tenebris, scilicet cadat, à nobis.

Vt mane illud vltimū, Quod præstolamur

Iamur cernui: In lucem, nobis affluat
Dum hoc canore concrepat.

Vt mane illud vltimum, idest iudicium
futurum, vel claritas, idest, aduentus Chri-
sti, quod mane cernui, idest, inclinati præ-
stolamur, idest, speramus, vel expectamus
affluat, idest, eueniat, nobis in lucem: dum
hæc, idest nox concrepat, idest resonat, can-
dore, idest, cantu vel laude.

Carmen est
quale il-
lud Pri-
mo dierum
Canitur
ad horas
vesper-
nas die
sabbathi.

O Lux beata Trinitas, Et princi-
palis vnitas: Iam sol recedit ig-
neus, Infunde lumen cordibus.

In hoc hymno materia sumitur circa
qualitatem temporis, die recedente, & no-
cte adueniente, Intendit inuocare trinum Deum
in personis: Trinitatem in vnitate: vt fundat
in cordibus nostris lumen Spiritus sancti,
vt suplices laudare mereamur Deum, sei-
licet in prosperis & in aduersis: & ita con-
cedat nobis transire diem, & noctem sine
peccato, & impedimento Sathanæ, & hoc
est, O beata Trinitas, idest, o Deus lux,
hominum vel mundi vel Angelorum, &
vnitas principalis, idest, qui habet principa-
tum

tum super angelos, sol. i. Christus igneus recedit a nobis, iā, & ideo, infunde lumen, id est, Spiritum sanctum in cordibus nostris, i. sensibus, vt illud habere mereamur.

Te mane laudum carmine, Te deprecemur vesperi, Te nostra supplex gloria, Per cuncta laudet sæcula.

Dico, infunde Spiritū sanctū, vt deprece mur te, vt adiuues nos principio, vel, mane i. tēpore matutino, laudum carmine, Sero, mane, meridie, & tota die debemus laudare Deum, & orare per singulas horas. s. quotidie, & in omnibus horis, & in omni tēpore, vnde ait propheta: Vespere, & mane, & meridie &c. & deprecemur vesperi, id est, in fine mundi, nostra supplex, id est, humilis gloria laudet per cuncta sæcula, id est, per omnia sæcula, & hoc perpetuo, id est, sine fine.

Conditor alme syderum, Aeter- Carmē est
 na lux credentium, Christe redē demetrū
 ptor omniū, exaudi preces supplicū. iambicū
 Materia huius hymni est de aduētū Chri parte ca-
 sti: & de incarnatiōe eiusdē: quia De⁹ descē cometrū.
 dens

Canitur
aduentu
Christi tē
pore.

dens de cœlo, se exinaniuit formam serui accipiens: & humiliavit se vsque ad mortē: & qualiter egressus est d̄ honestissima clausula virginis, tanquam sponsus de thalamo suo: cui sponte omnia obediunt, scilicet cœlestia, terrestria, & infernalialia. Intendit etiā rogare Deum: vt per hanc incarnationem nostras preces exaudire dignetur, & à sagitta diaboli liberare. O, conditor, qui es compositor, almē syderum, idest, stellarum, ô, æterna lux credentium, idest, Christianorū fidelium: ô, Christe redemptor omnium, hominum, exaudi preces supplicum, idest humilium tibi supplicantium.

Qui condolens interitu: Mortis perire seculum: Saluasti mundum languidum, Donans reis remedium.

Qui condolens, idest, nobiscum dolens vel compatiens, sæculum, idest, sæculares perire, interitu mortis, scilicet pœna inferni, saluasti, idest, liberaisti de potestate diaboli, mundum languidum, idest languentem in peccatis, donans remedium, idest redemptionem tui sanguinis, reis, idest peccatoribus.

Vergente

Vergente mundi vespere. Vti sponsus de thalamo egressus honestissima virginis matris claufula.

Vergente mundi vespere, idest, appropinquante vel declinante fine mundi: es sic egressus supple, vti, pro sicut sponsus egreditur, de thalamo: egressus, in quam, de honestissima, idest de castissima, claufula, idest, claustro virginis Mariæ Matris tuæ.

Cuius forti potentia, Genu curuantur omnia: Cœlestia, terrestria, Nutu fatentur subdita.

Et ideo, quia egressus es, vel quia saluasti mūdum, forti potentia, cuius idest, Christi, omnia curuantur genu, idest laudando ipsum, cœlestia, idest, angeli, terrestria, idest, homines fatentur, subdita, idest confitentur illi subiecta esse, nutu, idest, spōte idest ad tuam voluntatem: & quia obediunt nostro saluatori: & omnia clamant: Deus me fecit, ideo te deprecamur.

Te deprecamur agie, Venturi iudex sæculi: Conserua nos in tempore: Ho

stis

stis à telo perfidi.

Ergo quia ita est (deprecamur te: ô agie)
idest, sancte Christe (venturi iudex sæculi)
idest, ad iudicium, conserua nos in tempo
re, idest in hac vita à telo hostis perfidi, id.
suggestione diaboli, quæ sagitta dicitur.

Laus, honor, virtus, gloria Deo pa-
tri cum filio, Sancto simul paraclito,
In sempiterna sæcula: Amen.

Et quia Deus misit filium suum Christū,
vt nos redimeret, referamus gratias ei, laus
honor, virtus, gloria Deo patri, & filio; san-
cto simul paraclito, idest cōsolatori, in sem-
piterna sæcula, Amen. idest sine fine.

Carmē est
quale il-
lud, Pri-
mo dierū.
Canitur.
tempore
aduentus
Christi.

Verbum supernum prodiens, A
patre olim exiens: Qui natus or-
bi subuenis Cursu decliui temporis.

Iste hymnus agit de supradieta materia,
& continuatur superiori, ita Christus egres-
sus est de utero virginali, vti sponsus de tha-
lamo suo, & ideo omnia ei humiliantur: &
non est mirum, quia ipse descendit à pa-
tre. idest, de cœlo: & hæc est responsio con-
tra hæreticos: qui dicebant, Christū venis-
se, sed

se, sed non de patre, quibus respondendum est. O supernum verbum. i. Dei filius, prodiens. i. manifestans te ineffabiliter, a patre olim exiens, quando incarnatus es, qui de matre natus subuenis, idest succurris, orbi perduto, cursu, i. plenitudine, tēporis decliui, i. prono vel declinante ad finem sæculi.

Illumina nunc pectora, Tuoque amore concreta: Audito vt præconio, Sint pulsa tandem lubrica.

Et tu, qui talis es, illumina nunc in præfenti tuo lumine, nostra pectora, & concreta, idest, accēde, tuo amore, i. tua gratia, vt audito præconio, idest prædicatione Apostolorum, vel audito præconio prophetarū, lubrica. i. peccata, sint pulsa, a nris cordib⁹: tandē; in fine separationis corporis; & aīæ.

Iudexque cum post apertis, Rimari facta pectoris: Reddens vicem pro abditis: Iustisque regnum pro bonis.

Et ô tu supernum verbum. i. ô fili Dei; cum aderis, idest ad fueris, vel adueneris iudex post, idest, in fine mundi rimari, i. experiri, vel iquirere facta pectoris. i. peccata

Tempore Aduentus

cogitationum: & sis reddēs vicem, idest, remunerationem, pro abditis, idest, pro occultis, & iustis, idest sanctis, regnum, æternum, pro bonis, operibus, quæ in præsentis sæculo operati sunt.

Non demū arctemur malis, Pro qualitate criminis: Sed cum beatis cōpotes, Simus perennes celibes.

Et non arctemur, i. non cōstringamur, demum, i. ad vltimum malum, pro qualitate criminis, i. p magnitudine vel cumulo peccatorum, sed simus compotes, idest, simul potentes simus, cum beatis, idest, sanctis, perennes, idest, perpetualiter, uel perennes, idest, habitatores coelorum, celibes, idest, coclestem vitam ducentes.

Carmē est
demetrū
iambicū
ex parte
cacome-
trum. Ca-
nitur Ad-
uentus
Christi tē-
pore.

NOx ecce clara intonat obscura
quæq; increpat: Pellātur eminus
somnia, Ab æthere Christus promicat.

Materia huius hymni est, quod in supra dicto hymno dictū est superius: quia Christus venit olim à patre, quia ecce vox, idest prædicatio Christi intonat. Ecce clara vox idest Ioannis cœlestis intonat, idest, terribi-

terribiliter prædicat de nube carnis poenitentiam, & increpat quæq; obscura, idest, omnia vitia vel peccata: & ideo omnia sōnia. i. vana, & mutua peccata, pellātur eminus. i. longe, quia, Christus: iam, promicat. i. fulget, ab æthere. i. de cœlo: vel à diuina scriptura.

Mens iam resurgat torpida, Que sordet extat faucia, Sydus refulget iam nouum, Vt tollat omne noxium.

Et imo mens nostra torpida. i. pigra resurgat, à vitijs: quæ mens extat faucia. i. manet, vulnerata, sordet. i. peccato, bene dixit, quia surgat mens, quia sydus. i. Christus, refulget per Spiritum Sanctum, nouum. i. de virgine natum, vt tollat. i. remoueat, à nobis omne noxium. idest peccatum.

Esursum agnus mittitur, Laxare gratis debitum, Omnes pro indulgentia Vocem demus cum lacrymis.

Agnus. i. Dei filius, mittitur esursum. i. de cœlis, laxare. i. condonare, debitum. i. originale peccatum vel poenas peccati, gratis. i. dono vel sponte sua, & sine aliqua re

F S munera.

Feria quinta ad Vesperas.

mnneratione:& ideo, omnes demus vo-
cem cum lachrymis, idest, confessionem
peccatorum, pro indulgentia. i. pro remis-
sione peccatorum.

Vt cum secūdò fulserit, Mundū què
horror cinxerit: Nō pro reatu puniat,
Sed nos pius tunc protegat.

Benedico, demus vocē cū lachrymis,
vt cum ille agnus fulseit. i. fulgens adue-
nerit, secundo) scilicet aduentu. i. in iudi-
cio: horror. i. pavor illius, cinxerit. i. circun-
dederit, mundum. i. munda nos, non pu-
niat, idest, non dānet, pro reatu, idest, pro
peccato, sed pius. i. Christus propitius no-
bis, nos tunc protegat, idest defendat a po-
testate diaboli.

Carmē est
quale il-
lud. Pri-
mo dierū.
Canitur
ad horas
diurnas tē-
pore nata-
lis Christi.

Veni redemptor gentium, Osten-
de partum virginis: Miretur om-
ne sæculum, Talis decet partus Deū.

Materia huius hymni est inuocatio ad
Deū, vt veniat ostēdere partū virginis, sed
nō ex virili semine: sed diuino spiritu coo-
perante esse factum, & qualiter egressus est
a patre: & regressus est ad patrem, & qua-
liter

liter est æqualis patri, & loquitur de præsen-
ti quasi de futuro. Vel possumus dicere se-
cundū literam, Veni redemptor gentiū. i.
ostende te illis, qui in mundo habuerūt no-
titiam tui, hoc est, veni redemptor. O Chri-
ste redemptor gentium, idest, gentiliū
vel Iudæorum: veni, in mentibus nostris,
& ostende partum virginis, Mariæ: & ideo,
omne sæculum, idest sæculares, miretur,
idest mirentur, quia talis partus decet Deū,
vt de Spiritu Sancto, & Maria virgine per-
manente.

Non ex virili semine, Sed mystico spi-
ramine: Verbum Dei factum caro,
Fructusque ventris floruit.

Vere talis pertus decet Deum: quia non
ex virili semine: sed mystico spiramine. i.
secreto, & sancto, verbum Dei. i. filius Dei,
factum est caro. i. homo, & fructus vētris,
Mariæ, floruit, sicut flos crescit. Vnde Ma-
ria virga est, & filius eius flos.

Aluus tumescit virginis, Claustra pu-
doris permanent. Vexilla virtutum
micant, Versatur in templo Deus.

Et

In die Natalis domini ad horas diurnas.

Et ecce aluus virginis. i. venter Mariæ tumescit. i. crescit: & tamē, claustra pudoris. i. virginitatis, permanent, integra, quia virginitas non est violata: & vexilla, supple omnium virtutum. i. miracula micant. i. fulgent, vel virtutum, quatum Deus est vexillum, idest custos: & ideo Deus versatur in Templo, quia recepus est a Simeone: vel, versatur in Templo. i. in aluo Mariæ virginis.

Procedens de thalamo suo Pudoris aula regia: Geminæ gigas substantiæ: Alacris vt currat viam.

Christus, procedens de thalamo suo. i. de utero virginis: quia illa fuit illi lectus castitatis, scilicet de regia aula pudoris. i. de palacio regali, existens gigas geminæ substantiæ. i. diuinitatis, & humanitatis: quia Deus est, & homo. Gigas dicitur, et insperabilis & irreuocabilis ad vitam huius mundi occurrit nobis: vnde David, Exultauit vt gigas ad currendam viam sum. & c. vt alacris currat viam, idest, de hoc mundo transeat ad patrem.

Egressus eius a patre, Regressus eius

Tempore Natalis Domini Matutinum. 46
ad patrem, Excursus vsque ad inferos
Rekursus ad sedem Dei.

Egressus eius a patre, quando descendit
in uterum virginis, regressus eius ad patrē,
quando redijt in coelū: vnde David. A sum
mo coelo egressio eius: & occurus eius vs
que ad summum eius. Et ipse ait in Euange
lio: Ego veni a patre in mūdum, iterum re
linquo mundum, & vado ad patrem, excu
sus vsque ad inferos, quando descendit ad
inferna, recursus ad sedem Dei. i. ad dexte
ram patris.

Aequalis æterno patri, Carnis tro
ptheo accingere, Infirma nostri corpo
ris, Virtute firmans perpetim.

Et o tu Christe, æqualis æterno patri se
cundum diuinitatem, accingere troptheo,
idest, victoria carnis, scilicet induere car
nem: quia per carnem triumphauit super
diabolum, tu dico, firmans. i. roborans, per
petim idest perenni virtute, infirma. i. vitia
scilicet fragilitates, nostri corporis, & ani
mæ.

Præsepe iam fulget tuum, Lumenq;

nox

nox spirat nouum, Quod nulla nox
interpolet, Fidesque iugi luceat.

Vere procedis de thalamo, o tu Christe
quia præsepe tuū. i. Ecclesia, iā fulget virtu-
tibus, & nox spirat. i. emittit, nouū lumē. i.
natū sine peccato, quod lumē, nulla nox. i.
obscuritas hæreticorū: quia hæretici dicūt,
te nō accepisse carnē, interpolet. i. obscuret
& luceat lumē tuū, iugi fide. i. assiduavirtute

Carmē est
quale il-
lud. Pri-
mo dierū.
Canitur
ad horas
diurnas tē-
pore nata-
lis Christi

Christe redemptor gentium, Ex
patre patris vnice, Solus ante
principium, Natus ineffabiliter.

Materia huius hymni est inuocatio, quā
facimus ad Christum, vt sicut dignatus est
accipere carnē humanam, & illam sibi vni-
re, ita preces nostras exaudire dignetur, &
nos a peccatis liberare. O tu, Christe redē-
ptor gentiū, vel omniū, quia omnes gentes
redemisti tuo sanguine: & o tu (vnice. i. o tu
vnigenite (patris: ex patre) procedens, tu di-
co (solus natus ineffabiliter) secundū diui-
nitatem. Vnde ait scriptura: Generationē
eius quis enarrabit? (ante principium). i.
ante mundi constitutionem.

Tu

Tu lumē: & splendor patris, Tu spes
perennis omnium, Intende, quas fun-
dunt, preces, Tui per orbem famuli.

O Christe, tu es lumē, tu splendor patris,
quia per te pater innotuit mundo, tu es pe-
rennis. i. perpetua, spes omnium, intēde. i.
exaudi preces, quas famuli tui fundūt, per
orbem. i. per omnes gentes, quę per vniuer-
sum orbem orant assidue apud te.

Memento salutis autor, Quòd nostri
quondā corporis, Ex illibata virgine
Nascendo formam sumpseris.

Dico, quòd debes ad preces nostras intē-
dere, quia assumpsisti humanā carnem. O,
autor nostrę salutis. i. redemptionis, me-
mento. i. recordare, quòd sumpseris quon-
dam. i. in tempore, formam. i. similitudi-
nē nostri corporis: ex virgine illibata. i. inta-
cta: quia ante partum, & post partum, & in
partu virgo permansit.

Sic præsens testatur dies, Currens per
anni circulum, Quo solus à sede pa-
tris, Mundi salus adueneris.

Præsens

In die natiuitatis domini.

Præfens dies. i. natiuitatis testatur, sic ita, currens per anni circulū. i. per vnū quēq; annum, quia tu solus adueneris, existens, salus mundi: a sede patris. i. veniens de cœlo operatus es salutem in medio terræ.

Hunc cœlum, terra, hunc, mare. Hūc omne, quod in eis est: Autorem aduētus tui Laudans exultat canticō.

Hunc, idest diem vel auctorem, cœlum. i. cœlestes, vel stellæ per cœlum, stella, quæ apparuit magis, i. tribus regibus, vel Angeli intelliguntur, qui pastoribus cum nimio gaudio dixerunt: Gloria in excelsis Deo. Et per mare tyranni, vel quia mare se præbuit calcabile ipsi Deo, terra. i. terrena potestas vel pastores, hūc mare, quia magi nauigio venerunt: & omne quod in eis est, scilicet in cœlo & terra, laudat hunc autorem. i. Deum vel patrem, tui aduentus, omne dico exultat cum canticō, idest hymno.

Nos quoque, qui sancto tuo redempti sumus sanguine: Ob diē natalis tui hymnum nouum concinnimus.

Et non solum terra, & mare laudant te:
sed

sed etiam, nos quoque, idest, similiter, qui sumus redempti tuo sancto sanguine, concinimus. i. canimus, nouum hymnum, idest, nouam laudem, ob diem. i. propter diem natalis domini.

A Solis ort^o cardine: A dusque terræ limitem: Ghristum canamus principem, Natum Maria Virgine.

In hoc hymno agitur de incarnatione domini: & de natiuitate, quomodo puerpera enixa est Ghristum: qui non horruit stabulum, & præsepe: & sic continuatur superior: dixi q̄ coelum, terra, mare & omne, q̄ in eis est, laudat eum principem, & verè: quia ab ortu solis vsque ad occasum vniuersus orbis canit Deum, idest, laudat: vel aliter dico, quod eius præsepe iam fulget nouo lumine, & ideo canamus ipsum natum de Maria Virgine principē mundi a solis ortu vsque ad occasum. A solis ortus cardine. i. ab origine mundi, vel, solis, scilicet ab oriente solis, vsque ad limitem terræ. i. vsque ad occidentē, cadamus. i. laudemus, Ghristum Deum. i. principem: Ghristum dico, natum de Maria Virgine, vel, na-

Carmē est quale illud. Primo dierū. Canitur ad horas diurnas tempore natalis Ghristi.

G tum,

De natiuitate Christi.

natum. i. virginis.

Beatus autor sæculi Seruile corpus induit: Vt carne carnem liberans: Ne perderet, quos condidit.

Bene dico, quod debemus laudare Deū: quia, beatus autor. i. factor, sæculi, induit. i. assumptit, seruile corpus i. formam serui, & conditor carnis nostræ liberans carnē nostram, carne sua, quia formam hominis assumendo, carnem nostram liberauit, & quare? ne perderet homines, quos condidit. i. creauit.

Castæ parentis viscera: Cœlestis intrat gratia: Venter puellæ baiulat Secreta, quæ non nouerat.

Et vere induitur, quia gratia cœlestis, ipse Christus, intrat viscera castæ parentis. i. matris, & sic, venter puellæ baiulat. i. portat, secreta scilicet cœlestia, quæ non nouerat, ante conceptionem.

Domus pudici pectoris: Templū repēte fit Dei: In tacta nesciens virum, Verbo concepit filium.

Et

Et vere baiulat secreta, quæ nō nouerat, quia, domus. i. aluus, pectoris, Mariæ, pudici. i. casti, fit Templum Dei. i. domus Dei, repente. i. cito: domus dico, in tacta nesciēs virum: per carnis commixtionem: concepit. i. portauit: filium. i. Christū: & hoc verbo, operante scilicet virtute Spiritus Sācti, vel verbo. i. post verbū, quod Gabriel prædixerat ipsum nasciturū. Vnde dicitur. Ecce concipies, & paries filium.

Enixa est puerpera: Quē Gabriel prædixerat: Quem matris aluo gestiens: Clausus Ioannes senserat.

Dico, quia concepit, & vere, quia, puerpera Maria, pariens puerum: enixa est, i. peperit filium, quem Gabriel prædixerat, nasciturum: & quem Ioānes clausus aluo matris, scilicet Elizabeth (senserat). i. cognouerat (gestiens) idest, gaudens.

Fœno iacere pertulit, Præsepe nō abhorruit: Patruoq; lacte pastus est: Per quem nec ales esurit.

Et ipse puer, idest Christus: pertulit, idest passus est iacere vel poni: fœno præse-

Ad matutinas.

pis: etiam non abhorruit. i. refutavit. vel repudiauit: presepe. i. stabulū, q; pro &: pastus est. i. nutritus: paruo lacte virginis, per quē scilicet Christum, ales. i. nutrix Maria, à qua nutriebatur ipse Christus: non esurit. i. non patitur famem. Maria enim Christum portabat: & Christus eam regebat, & quem cœlum & terra capere non potuit, alius beatæ Virginis portauit.

Gaudet chorus cœlestium: Et angeli canunt Deo: Palamque fit pastoribus Pastor creator omnium.

Et quia natus est, chorus. i. societas: cœlestium. i. spirituū gaudet: & Angeli. i. throni, & dominationes, principatus, & potestates, & sic de cæteris, canunt deo gloriam: & pastor. i. creator omnium fit palam, idest, notus, & natiuitas sua fit cognita, & nūciata pastoribus: iuxta turrim ab nam, iuxta quē locum pastores pro consuetudine aderāt, & erat illa planicies apta pastoribus illius regionis.

Carmē est
quale il-
lud. Pri-
mo dierū.

N Vncium vobis fero de supernis
Natus est Christus dominator
orbis

orbis In Bethleem Iudæ: sic enim propheta dixerat ante.

Canitur
in festo E-
piphaniæ
dñi.

Materia huius hymni est præparatio gaudij de natiuitate Christi redēptoris: & gaudiū annunciatū est nobis per angelū apparentē, & pastoribus in via dicentē: Annūcio vobis gaudiū magnū. &c. Cuius natiuitatis hæc signa & miracula secuta sunt. s. stella, quæ apparuit Magis quærētibus Deū: quæ duxit eos præuia vsque ad ipsum. In cuius natiuitate Herodes, & quilibet malus confunditur, vel doctrina mala, & perniciositas siue malitia tēporis, eo nascente cessauit. s. idolorū cultura, & sacrificia vana, seditio- nes, & bella, quia, in natiuitate Christi pax fuit per vniversum orbē: & vox angeli lo- quētis, fero. i. afferro, nunciū vobis de super- nis. i. de cœlo, Christus, dico dominator or- bis, filius Dei, natus est in Bethleē Iudæ. i. in ciuitate illa, quæ forte accidit tribui Iudæ, enim, pro quia: propheta dixerat. i. prophe- tauerat sic futurum esse ante.

Hunc canit letus chorus angelorum:
Stella declarat, veniunt eoi Principes

G 3 digno,

In epiphania domini.

digno celebrare cultu Mystica dono.

Chorus angelorū canit hūc. s. Christum,
chorus dico lætus, & exultās, & laudās Deū
stella, quę duxit magos. i. sapiētes, declarat.
i. manifestat eis saluatorē, eoi. i. orientales:
princeps. i. reges, veniūnt celebrare. i. hono
rare Deum, scilicet: digno cultu, & offerre
mystica dona Deo.

Thus Deo myrrhā trocletem human
do, bracteas regi chryseas decenti
(Dum colunt vnum) meminere trino
tres dare terna.

Isti tres reges (meminere). i. in memoria
habuerūt, offerre tria munera. s. aurū, thus
& myrrhā. Et meminere dare. i. offerre: Deo
thus, & myrrhā trocletē. i. rotundā: quę est
arbor ita dicta à loco, vbi nascitur, & habet
aureū colorē, & declinatur hæc trocletis,
hui⁹. tis. humādo, quia mortalis erat: & me
minere Deo offerre, bracteas chryseas. i. la
minas aureas, quia chrysis græce, idem est,
quod aurum latine (regi decenti. i. Chri
sto (dum colūt). i. venerantur (vnum Deū)
& meminere dare terna munera illi (tri
no)

no) idest trinitati, quia vnum sunt pater, & filius, & Spiritus Sanctus.

Gloriam trinæ monadi canamus Cū Deo: diuę genite quod proli: Flamini nec non ab vtroque fuso Corde fideli.

Gloriam canamus, idest vnitati, trinæ, cum Deo, & Spiritu Sancto fusa ab vtroque, vel, trino monadi, idest Deo, quia est trinus in personis, & vnus in essentia: dicitur hæc monas huius dis, & canamus proli diuę i, genito a patre, cum Deo, patre: & non tantum canamus patri: sed etiam, flammī, idest Spiritui Sancto, fuso, idest, prodeunti, ab vtroque.

Herodes hostis impie, Christum
venire quid times? Non arripit
mortalia, Qui regnat cœlestia.

Carmē est
quale il-
lud Pri-
mo dierū
Canitur

Materia huius hymni est conclamatio
quam facimus contra Herodem, qui audi
a natiuitate Christi, amittere regnum ti
muit: ideoque multos pueros interfecit In
tentio autoris est, tractare d̄ tribus miracu
lis die Epiphanię factis. s. de magorū ap-

in festo e-
phianię
hoc est ap
partitudo
mini.

In Epiphania Domini.

paritione, de aqua in vinum conuērsa, & de Christi baptisate. Et nota, quòd hymnus iste cōtinuatur superiori ita, dixi, quòd Christus natus est, & pertulit iacere foeno. Vnde Herodes de natiuitate eius iratus, occidit multos pueros, timens, ne amitteret regnum, sed non deberet, quia ille, qui rex est regum, & dominus dominantium, non venit, vt ei regnum auferret, sed totum mū dum in tanto crimine inuolutum, a peccatis liberaret. O impie Herodes hostis, quid. i. cur, times venire Christum? ipse non arripit mortalia, qui regna dat coelestia.

Ibant magi, quam viderant, Stellā sequentes præuiam: Lumen requirunt lumine Deum fatentur munere.

Magi ibant, quæsitū Christū, & adorare eum, sequētes stellā præuiā. i. præcedentē, quam viderant, & requirunt, lumen. i. Christum lumine. i. stella (& fatentur Deum munere, scilicet thure, auro, & myrrha.

Lauacra puri gurgitis, Cœlestis agn⁹ at tigris, Peccata, quæ nō detulit, Nos abluendo sustulit.

Cœlestis

Cœlestis agnus, idest, Christus (attigit) id. suscepit, lauacra, idest, baptismum, puri gurgitis, idest, Iordani, & fustulit, idest, abstulit a nobis, abluendo nos per baptismum, peccata, quæ non detulit, idest, secum non portauit: quia immunis erat absque peccato.

Nouum genus potentia, A quæ rubescunt hydriæ, Vinumq; iussa fundere, Mutauit vnda originem.

Et ideo, nouum, idest, inauditum, genus potentia: hydriæ rubescunt, scilicet, aquæ in tromissæ, ponitur enim continens pro contento, & vnda, idest, aqua iussa fundere vinum mutauit originem, idest, naturam præcepto Dei.

A Ve maris stella, Dei mater alma, Carmē est
Atq; semp virgo, Felix celi porta omni lege carmi-
nis solutū
Materia huius hymni est salutatio ab an- Canitur
gelo facta: sic dicente. ¶ Aue gratia plena ad horas
dominus tecum. Quæ virtute altissimi obū vesperti-
brata fuit: & solo verbo concepit. Intendit nas in fe-
etiā autor ipsam Mariam inuocare: vt no- stiuitati-
men Eux, per quam mors intrauit, mutet: bus diuæ
& vt soluet vincula peccatorum: & præset Maria.
G s nobis

In festo sanctæ Mariæ, ad Vesperas.

nobis vitam æternam à cunctis reatibus absolutis. Hinc etiam laudare nos hortatur & glorificare hūc diem, propter hoc quod euasimus de domo diaboli: & venimus potius per fidem & per gratiam Dei ad ipsam & dicitur hoc per simile, & facit per comparisonem. Sicut enim stella præstat ducatum nautis, vt veniant ad portum: ita ducatu virginis Mariæ venimus ad portum, idest, ad Christum. O (stella maris) idest, mundi (aue) idest, salue: ô (alma) idest sancta mater Dei, atque aue (temper) idest eternaliter (virgo) quia ante partum, & in partu, & post partum (ô porta fælix cœli aue) idest, salue.

Sumens illud aue, Gabrielis ore, Funda nos in pace, Mutans nomen Eux.

Et quia tu es (sumens illud aue) idest saluationem, quæ fertur ab (ore Gabrielis, funda nos in pace) idest, in æterna beatitudine: tu dico (mutans nomen Eux) idest, maledictionem Eux in vitam æternam, idest, tuam benedictionem.

Solue vincla reis, Profer lumen cæcis

Mala

Mala nostra pelle, Bona cuncta posce.

Et quia tu es virgo, facta es stella Maris:
& quia mutasti nomen Eue, idest maledi-
ctionem Eue delesti, & dedisti nobis bene-
dictionem, & confudisti mortem, & dedisti
nobis vitam perpetuam: ideo (solue vincla,
idest ligamenta peccati humani (reis) idest,
peccatoribus: & profer, idest tribue, lumen
cæcis, idest, fidelibus: & pelle, idest, abijce à
nobis, mala nostra: & posce, idest, postula à
filio tuo cuncta bona.

Monstra te esse matrem, Sumat per
te preces, Qui pro nobis natus, Tu-
lit esse tuus.

Monstra te esse matrem, idest, ostende
te esse placando filium tuum: & filius tuus
sumat preces tuas per te, filius dico ille, qui
tulit, idest sustinuit, esse tuus natus pro no-
bis, vt nos saluaret.

Virgo singularis, Inter omnes mitis.
Nos culpis solutos, Mites fac & castos
Et quia sustinuit esse fili' tu': ideo, ô virgo sin-
gularis quia nulla similis est tibi: quia post par-

tum

In festo sanctæ Mariæ: ad Vesperas.

tum virgo, in partu, & ante partum, mitis
inter omnes alias mulieres: & ò virgo casti-
tatis mater, fac nos solutos, & castos, scili-
cet in corpore & anima fac nos mundos.
Vitam præsta puram, Iter para tutum
Vt vidētes Iesum, Sēper colletemur.

Et quia mater es charitatis & suauitatis,
ò virgo, præsta, idest, dona vitam puram
nobis, & para, idest, tribue, iter tutum: vt vi-
dentes Iesum, filium tuum, semper collate-
mur, idest, gaudeamus in eo: scilicet in præ-
senti laudes persoluentes: & in futuro cum
plenius & perfectus cognoscentes gaudea-
mus, & exulemus cum domino nostro fi-
lio tuo.

Sit laus Deo patri, Sūmo Xpo decus.
Spiritu sancto: Tribus honor vnus.

Et quia descendit dominus noster in v-
terū virginis: ideo, laus, idest, gloria, sit Deo
patri: decus, idest, honor sit summo Chri-
sto, excelso: & Spiritu sancto, sit, honor tri-
bus propter Trinitatem personarum: & v-
nus propter vnitatem essentiæ: vel vnus ho-
nor sit tribus, idest, patri, & filio, & Spiritu
sancto. Amen.

QVem terra, pontus, æthera, Co-
lunt adorant prædicant, Trinam
regem machinam, Claustrum Ma-
riæ baiulat.

Intentio huius hymni est, quòd autor
vult ostendere hoc, quod prophetae de Chri-
sto nunciauerunt in genitrice Dei Maria
esse completum: ostendit similiter, qualiter
claustrum Mariæ baiulat Christum. Et no-
ta, quod Deus fecit hominem, & posuit eum
in paradiso terrestri: & præcepit ei, ne co-
mederet de ligno vitæ, id est, d' pomo, quod
erat in medio paradisi: sed, diabolo suaden-
te Eux, & Eua post modum Adæ similiter
suadente, ambo comedentes, & sic diabo-
lo placentes, mortaliter peccauerunt: & post
peccatum transgressionis de paradiso sta-
tim à domino eicti se nudos esse cog-
nouerunt. Videns ergo Deus quòd conue-
niētius non posset redimere genus huma-
nū quam per foeminam, in vtero virginis
filium suum destinavit, & incarnari voluit
per quem sumus redempti, & à peccatis li-
berati: vnde grates reddere tenemur. Dictū
est superius, quod Maria stella maris, & ma-

Carmē est
quale il-
lud, Pri-
mo dierū.
Canitur
ad horas
noctur-
nas, in fe-
stiuitati-
bus diuæ
Mariæ.

In festo sanctæ Mariæ, ad noctur.

ter Dei: est etiam quem cœlum, & terra capere non poterant, tamen claustrum Mariæ cum baiulet. Construc claustrum, idest ventet beatę Marię baiulat, illū, Deū quem regentē trinā machinā mundi, scilicet cœlum, terram, mare, vel machinam, idest animæ concupiscibilitatem, sensualitatem: quem scilicet Christum, terra, idest, boni, pontus. idest, mali, æthera, idest, cœlestes, colunt, idest, honorant, adorant, idest, commendant, prædicant, idest nunciant.

Cui luna, sol, & omnia Deseruiunt per tempora, Perfusa cœli gratia, Gestant puellæ viscera.

Dico, quod cœlum, idest, cœlestes terra, idest terreni: & omnia siue cœlestia, siue terrestria laudant, idest, adorant illum, quem cœlum & terra capere non poterant: & verè, quia, viscera puellæ, idest beatę Mariæ, perfusa, idest, repleta: gratia cœli, idest, ore cœlesti, gestant Christum, cui scilicet, Christo, luna idest variatio lunæ, sol, in cursu suo, & omnia deseruiunt, id. famulantur, per tempora, idest, tēporaliter. Beata mater munere, Cuius supernus
artifex.

artifex. Mundum pugillo continens,
Ventris sub arca clausus est.

Et quia tulit Christum, possumus dicere, quod est, Beata mater munere idest, donis filij, sub arca, idest, circundatione & secreto ventris: cuius, idest, matris superni artifex, i. cœlestis creator, clausus est, ille dico, continens mundum, i. vniuersitatem omnium rerū pugillo. i. dispositione.

Beata cœli nuntio, Fœcunda sancto spiritu. Desideratus gentibus, Cuius per aluum fusus est.

Et quia supernus artifex clausus est sub pectore virginis Mariæ, possumus dicere, quod virgo Maria sit beata nuntio cœli, idest, angelica salutatione: Maria dico, fœcunda, idest, fertilis Spiritu sancto, per aluum cuius scilicet Mariæ, fusus est, idest, missus: & natus est de virgine Maria, desideratus à Iudæis, & gentibus, scilicet Christus.

O Gloriosa domina, Excelsa super sydera. Quite creauit prouide, Lactasti sacro vbere.

Carmē est quale illud, Primo dierū.

Materia Canitur.

In festo sanctæ Mariæ ad laudes.

ad laudes
matuti. -
diuæ Ma
riæ.

Materia huius hymni est, quòd Maria pe-
perit saluatorem: & quia Deus contulit ei
tantam gratiam, quòd peperit saluatorem:
& fecit autor apostrophem, idest, conuer-
sionem sermonis: quia Deus contulit ei tã-
tam gratiam, quòd peperit saluatorem, cõ-
uertit sermonem suum ad ipsam, ostenden-
do eam esse gloriosam, dicens. O gloriosa
domina, excelsa supra sydera, idest, ô spon-
sa domini Maria excelsa, idest, alta, supra sy-
dera, idest, in summo cœlo: vbi non est ali-
qua vis ventorum, tu lactasti sacro vbere, i.
eum, qui te creauit prouide, i. sua sapientia

Quod Eua tristis abstulit, Tu reddis
almo germine. Intrent vt astra flebi-
les, Cœli fenestra facta es.

Tu reddis, idest, restituis, almo germine,
idest, sancto filio tuo: illud, scilicet paradi-
sum, quod Eua tristis, idest, misera, abstulit,
à nobis: & es facta fenestra cœli, idest, Chri-
sti, vt flebiles, idest, flentes peccata sua, in-
trent astra, idest, cœlos.

Tu regis alti ianua, Et porra lucis ful-
gida, Vitam datam per virginem, Gé-
tes

tes redempte plaudite.

Dico quod homines flentes sua peccata intrant coelos, & vere quia facta es, ianua, idest ostiū, alti regis fulgida, idest, splendida, porta lucis, idest Christi, & o gentes redemptæ, scilicet à Christo, plaudite, idest, gaudete, vitam esse datam per virginem, scilicet Mariam.

Quod chorus vatum, venerandus Carmē est quale illud. Nolim: Spiritu sancto, cæcinit re- lude surgentes. Canitur in festo hypapates hoc est presentationis siue purificationis dicitur de Mariæ.

In hoc hymno agit autor de Natiuitate Christi: & qualiter debet esse completū in Maria: quod propheta nunciauerūt: quæ concepit, & peperit filium, & Simeon gaudius suscepit eum in templo. Dicimus ergo, qui propheta senserunt de aduentu & de Natiuitate Christi. Esaias enim dicit: In medio duum animalium cognosceris, idest inter bouem, & asinum: & alibi: Egredietur virga de radice Iesse. Et Abachuc sentiēs de Christo similiter ait.

In medio duum animalium, &c. Multi

H prophetæ

In die Purificationis.

prophetæ, anunciarunt, & prophetauerunt de Christo: hoc totum completum est in Maria: quia natus, baptizatus, crucifixus, & in templo præsentatus, & à iusto Simeone, & ab Anna vidua susceptus. Vnde à personis illis, quæ domino obuiauerunt, dictum est festum illud, in quo hymnus iste cantatur, *Hipapanti Domini, idest, obuiatio. Construe.* Quod chorus vatum, idest exercitus prophetarum, scilicet Dauid, & aliorum: & chorus dico venerandus concinnit, idest, prophetauit, olim repletus, idest adimpletus Spiritu sancto, constat, idest, manifestum est, esse factum, idest, completum in Maria genitrice Dei.

Hæc Deum cœli, Dominumque terræ, Virgo concepit, peperitque virgo, Atque post partum merui manere inuiolata.

Et vere constat esse factum: quia scilicet beata virgo gessit dominum, idest, Christum Deum (cœli & terræ: & virgo) scilicet Maria (peperit illum quem gessit, vel
concepit

concepit, idest portavit (atque) pro & meruit inuiolata, manere) idest, mansit incorrupta (post partum.

Quem senex iustus Simeon in vlnas,
In domo sumpsit domini gauisus,
hoc quod optatum proprio videret
Lumine Ghristum.

Quem) idest, Christum (Simeon iustus & senex) idest, Simeon annosus sacerdos (sumpsit) idest, suscepit in vlnis) idest, in brachijs suis) in domo, idest, in templo (domini gauisus (idest lætus (videre) suo (proprio lumine, quod optavit) scilicet Christum) quod optavit per multa tempora: vel si textus habeat, ob hoc optatum proprio lumine scilicet oculis carnalibus: Christum optatum, quem diu antequam moreretur, videre desideravit.

Tu libens votis petimus præcantum,
Regis æterni genitrix faueto,
Claraque celsi renitens olimpi regna petisti.

In Assumptione beatæ Mariæ.

O (tu genitrix) idest mater (æterni regis) scilicet, qui caret principio & fine (petim⁹) te, faueto, idest, concede, votis, idest, precibus, peccatum, idest, famulorum, libens, idest libenterq; pro & tu renitens, idest, splēdens, petisti, idest, accepisti vel accessisti, clara regna olimpi celsi, idest, alti cœli; vel sic & clara renitens petisti, idest accepisti, regna celsi olimpi.

Sit Deo nostro decus, & potestas: Sit salus perpes, sit honor perennis, Qui poli summa residet in arce, Trinus & vnus. Amen.

Decus & potestas sit Deo nostro: perpes, iālus, vel laus, idest, perpetua gloria sit illi: & perennis honor sit, illi scilicet Deo nostro, qui residet in summa arce poli, idest, in altitudine cœli, trinus, in personis, & vnus in substantia.

Hoc mem-
trum est
tetame-
trum sunt
hic qua-
tuor ver-
sus, & in

O Quam glorifica luce coruscas,
Stirpis Dauiticæ regia proles.
Sublimis residens virgo Maria, Supra
cœligenas ætheris omnes.

Materia huius hymni est duplex com-
mendatio

mendatio à genere est, quia ipsa est de re- vnoquo-
gia stirpe scilicet David. Commendatio à que corū
meritis est: quia ipsa peperit Christum sal- sunt qua-
uatorem nostrum. Cantatur hymnus iste tuor pe-
in transitu beatæ Mariæ, qualiter transiit des: quo-
de hoc mundo ad patrem, vel, si mauis di- rum 1. est
cere, qualiter in Assumptione spiritus as- spondeº.
sumpsit: vtrum assumpta fuerit cum cor- 2. iābicus.
pore, an sine corpore, dubitatur. Sed me- 3. daetylº.
lius est, vt eam credamus assumptam cum 4. spon-
corpore. O regia proles stirpis Daviticæ, o deus siue
Maria, quæ es ramus ipsius David: ipse e- trocheus.
nim fuit stirps, à qua rami procedunt: & tu Canitur
es ramus, & stirps, & proles, quæ ponun- in transi-
tur pro eodem, sed non idem significant: tu Beata
est enim proles, quod aliunde habet ini- Maria.
tium. Stirps idem, quod truncus, à quo ra-
mus, velut à patre filius, procedit. O quam,
idest, quantum glorifica luce, idest, glorio-
sa: coruscas, idest, splendida parens, o vir-
go Maria, tu dico, sublimis, idest, in subli-
mi scilicet in coelo, tu es residens, idest, se-
dens, supra omnes ætheris coeligenas, id-
est, super omnes Angelos creatos in coe-
lo: quia in coelo fuerunt creati Angeli à
Deo.

In Assumptione

Tu cum virgineo mater honore, Cœ-
lorum domino pectoris aulam, Sa-
cris visceribus casta parasti, Natus
hinc Deus corpore Christus.

O Maria, mater cum virgineo honore,
hoc est existens mater, & virgo, tu virgo in
quam casta parasti aulam pectoris. i. pectus
dño, & quia parasti viscera tam mūdāta, &
ideo, hinc, i. ex illis viscerib⁹ natus est Chri-
stus Deus. i. dignat⁹ est nasci, corpore. i. quā-
rū ad corpus: quia humanitatē sūpsit in te.
Quem cunctus venerās orbis adorat:
Cui nunc rite genuflectitur omne, A
quo nos petimus te veniente: Abie-
ctis tenebris gaudia lucis.

Quē cunctus venerās orbis adorat. i. quē
oēs homines venerantur. & adorāt, cui. i. ad
honorē cuius, omne genu flectitur, i. oēs fle-
ctūt genua, à quo, scilicet Christo, nos peti-
mus te veniente. i. intercedente, gaudia lu-
cis æternę, abiectis tenebris, id est, peccatis
remoris á nobis.

Hoc largire pater luminis Omnis na-

tum

tum per propriū: flamine sacro: Qui
tecū nitida viuit i uæthera regnans ac
moderans sæculacuncta. Amen.

Superius fecit autor apostrophē ad bea-
tā Mariā: sed in hoc loco ad patrē, vt ipse di-
gnetur nobis dare, quę prædicta sunt, dicēs:
O pater luminis omnis, i. origo, & factor to-
tius claritatis, largire nobis hoc, scilicet gau-
dia: largire inquā, p̄ propriū natū, i. in amo-
re filij tui, & sacro flamine, i. amore Spiritus
sancti, qui Christus, viuit, tecū, in nitida, id-
est, munda æthera, idest in cœlo, regnans ac
moderans sæcula cuncta, idest, omnes gen-
tes existentes in hoc sæculo.

MAartyris ecce dies Agathæ Vir **Carmē est**
ginis emicat eximia, Qua sibi **omni lege**
Christus eam sociat, Et diadegma du **carminis**
plex decorat. **solutum.**

Prudentius, qui hunc hymnum in ho- **Canitur**
nore beatæ Agathæ composuit, laudat **ifesto bea**
Deum, qui tantam constantiam contulit **tæ Aga-**
Sanctæ Agathæ virgini. Ecce, idest, vide- **thæ virgi-**
te dies Agathæ martyris eximia, idest, ma- **nis.**
gnæ virginis, micat, idest, valde splēdet qua,

In festo sanctæ

qua scilicet die Christus sociat, idest, coniungit, eam sibi, vel accedere facit eam ad se, & duplex diadema. i. duplex corona. s. martyrij & castitatis, decorat. i. honorat eam. Stirpe decens, elegans specie, sed magis actibus, atq. fides: Terrea prospera nil reputas, Iussa Dei sibi corde ligas.

Decens, i. nobilis stirpe, fuit & progenie, elegans specie. i. decens & conveniens & pulchra facie: sed magis pulchra actibus, atq; fide, i. operibus fidei, illa dico; reputas nil, pro nihilo ducens, terrea idest, terrena prospera, idest terrenorum prosperitate, & ligas, i. retines sibi corde, i. in mente, iussa. i. precepta Dei.

Fortior hæc trucibusque viris: Exposuit sua membra flagris, pectore quam fuerit valido, torta mamilla docet patulo.

Hæc scilicet Agatha, fortior viris trucibus, i. crudelibus, exposuit sua membra, i. dedit flagris, idest verberibus, & flagellis, mamilla torta, à carnificibus, docet idest manifestat, patulo, idest quantum ipsa Agatha, valido pectore, idest forti mente & corpore.

Delitiæ

Delitiæ cui carcer erat: Pastor oue Petrus hanc recreat, Inde gauisa, magisque flagrans, Cuncta flagella concurrunt ouans.

Cui, Agathæ carcer erat delitiæ. i. pro delitijs vel loco delitiarum, pastor Petrus recreat. i. consolatur, hanc ouem. i. Agathā, & inde gauisa. i. læta, & magis flagrans. i. amore Dei, cucurrit. i. sustinuit, cuncta flagella ouans. i. gaudens.

Ethnica turba rogum fugiens, Huius & ipsa meretur opem, Quos fidei titulus decorat, ijs venerim magis ipsa premat.

Ethnica turba. i. gentilis vel pagana, quæ iuxta Ethnam, habitauit, fugiens rogum. i. combustionem, ipsa turba, meretur opem ipsius Agathæ. i. meruit auxiliū: ergo Deus, premat magis, & restringat, venerim. i. luxuriam, his. idest omnibus, quos titulus. i. honor, vel signum, fidei decorat. i. honorat. Et nota, quod quōdam tempore Ethna cœpit comburere totam ciuitatem Cathacentium: & ideo pagani venerunt ad

H s sepul.

In Transitu S. Benedicti.

sepulchrum sancte Agathæ, & acceperunt, velum, & proiecerunt in ignem: & statim ignis extinctus est.

Iam renitens, quasi sponsa polo, Promiseris supplica domino: Sic sua festa coli faciat, Sed celebrantibus vt fauceat.

Tu stella, reniens. i. splendens, polo. i. in cœlo, quasi sponsa Christi, supplica domino pro miseris. i. pro nobis peccatoribus, vt faciat coli. i. celebrari, sua festa, sic vt fauceat. i. det auxilium, celebrantibus se:

Gloria cum patre sit genito, Spiritui prouide sacro, Qui Deus vnus & omnipotens, Hanc nostri faciat memorem. Amen.

Gloria, laus sit genito. i. filio, cum patre & Spiritui Sancto. i. sancto, prouide: qui Deus vnus est omnipotens, faciat scilicet Agatham memorem memorum, suorum nostrumque, qui eius festum, & memoriam celebramus, meminerit: & nos adiuuet suis precibus. Amen.

Inter

INter æternas superum coronas,
Quas sacro partas retinent agone:
Emicas celsis meritis corruscus, O
Benedicte.

Carmē est
quale il-
lud. Noc-
te surgen-
tes. Cani-
tur in fe-
sto sancti
Benedicti
Abbatis.

Auctor huius hymni Petrus Mauritanus, cognomento venerabilis, Abbas cluniacensis, & virtute & doctrina clarissimus, Describitur in eo sancta cōuersatio beati patris Benedicti: ab ipso puerili æuo ad exitū vsq: vitæ eius, & præclara ei' miracula paucis hic constringuntur, elegāter admodū & venuste: ea quidē arte, vt quatuor versibus, quinto, sexto, septimo, & octauo, duodecim miracula ipsius cōtineantur vnoquoque. s. versutria, quæ omnia cum alijs hic non expressis. à beato Gregorio secūdo libro dialogorum planius enarrantur.

Sancta te cōmisit puerū senectus, Nil
sibi de te rapuit voluntas. Attulit mū-
di tibi flos, ad alta Menti leuatam.

Sācta te cōmisit, Sicut ipsius mentis est
pueritia: leuitas scilicet & in compositi ani-
mi in constantia, de qua ait scriptura. Puer
centū annorum morietur: & Væ tibi terra

cuius

In Transitu S. Benedicti.

cuius rex est puer. Ita & animi humani est
senectus: morum. s. maturitas, grauitas, cō
stantia. Et illa interdum annis puerilibus di
uino munere est coniuncta: vt fuit in san
cto Benedicto, & alijs plerisque sanctis. De
hac autem senectute mentis ait Salomon
in libro sapientiæ. Senectus enim venerabi
lis est, non diuturna, nec numero annorum
computata. Cani autem sunt sensus homi
nis: & ætas senectutis, vita immaculata.

Hinc fuga lapsus, patriam, parentes
Deserit: feruens eremi colonus. Edo
mas carnem, subigisque Christo. Tor
tor acerbus.

Feruens eremi colonus. Eremus, sine as
piratione scribi debet: & media syllaba lon
ga proferri. Nā apud Græcos scribitur. H.
quæ apud Latinos semper in. E, longum
conuertitur. Baptista Mantuanus in Buc
licis, Sola quod in vastam nondum disces
sit eremum. Secutus autem est hic auctor
vulgarem vsum ex inscitia literarum Græ
carum inductum: qui mediam syllabā cor
ripit: vt & in illo loco hymni de sancto Ioā
ne Baptista. Præpotens martyr, eremique
cultor.

cultor. Et nonnullis in locis apud Prudentium. Verum non sunt hi auctores in hoc imitandi: sed vt exposcit ratio, media syllaba datæ dictionis in carmine semper producenda. Est & id nomen foeminini generis. Hieronymus. Inter multos sæpè dubitatum est: à quo habitari coepta sit eremus: significatque solitudinem siue desertum.

Ne diu tutus latebras foueres, Signate
produnt operum priorum, Spargitur
foelix cœli per orbem, Fama volatu.

Fracta restauras, Prece prepotenti, Fla-
gris oblatum cruce mortis, haustum,
Currit ignarus monachus per vndas,
Patre iubente.

Fracta restauras prece præpotenti. s. capisterium: à nutrice sua purgandum triticum à vicinis mulieribus commodatum: quod incaute super mensam dimisum cum foret, cum fractum sancti Benedicti adhuc pueri precibus & lachrymis redintegratum est. In eiusdem vero versus secundo carmine: id innuitur miraculum: quod cum in vaso vitreo oblatum esset viro Dei vinum ve-

In transitu S. Benedicti.

neno cōmixtū ab iniquis fratribus, qui se-
ueritatē disciplinæ ei⁹ ægro ferebāt animo,
sanctæ Crucis signo a beato Benedicto vas
illud protinus est contractū: & mixti vene-
ni p̄didit insidias. Duo vero postrema eius-
dē versus carmina id insinuāt miraculū:
quod cū Placidus puer S. Benedicti disci-
pulus, incaute aquā hauriās cecidisset in flu-
viū, vir Dei in cella cōsistēs, & id in spiritu
cognoscēs, pręcepit Maurio suo itidē disci-
pulo, vt cito accurreret. Placidumq; a sub-
mersione eriperet. Ille vero tāta sollicitudi-
ne iussa patris explenit: vt super aquā quasi
solidā terrā decurrēs, quamuis id tunc non
aduertit, puerum aquis extraxerit.

Verberas fratrem fugit hostis atrox, Ad
manus ferrū redit è profundo, Præci-
pis, rupi, vomit illa riuos: Arua rigātes

Verberas fratrem. Eum. s. qui ex animi in-
constātia in oratione perstare cū alijs non
potuit: vsusq; est sancto viro a nigro quo-
dam puero per fimbriam vestimenti extra
oratorium pertrahi. Quem monachum
vbi pro ea culpa virga castigauit: fugit ab
eo omnis illa tentatio, quasi demum ipse

verbera

verbera illa pertulisset. Secundum vero eiusdem versus carmē id refert signū, quod quidam monachus præcepto patris Benedicti vepres succideret iuxta lacum: ferrū ipsum a manubrio sciunctum decidit in aquā, Quod ubi vir Dei cognovit: acceptū manubrium immisit aquæ & annatans ferrum illi rursus vnitū est. Deniq; duo postrema eiusdē versus carmina id commemorant: quod cū fratres eiusdem monasterij sancti patris, in ardui montis cacumine constitui graui laborarēt molestia ad quærendā in lacu inferiori procul distāte aquā viri Dei precibus suprema mōtis illius rupes aquā largiter scaturiuit: liquidumque fontem euomuit.

Ales agrestis sibi iussa cōplet, Lora cōstricti pie visa soluis, Conspicis mūdum radio sub vno, Raptus ad astra.

Ales agrestis sibi iussa, Corus. i. qui iussus a sancto viro tollere panē veneno infectū: oblatū quasi p̄ benedictione viro Dei: a sacerdote quodā inuidia in eum stimulator: atque in eum deferre locum, ubi a nullo hominum posset inueniri, mox iussa cōpleuit,

In transitu S. Benedicti.

pleuit: & panem venenatum sustulit, ac asportauit. Secundum autem eiusdem versus carmen: id memorat. Quod cum Gothus quidam crudelis, & sæuus rusticū vnū loris constrictum ante se impeleret ad sanctum Benedictū, cui rusticus ipse res suas, quas in humanus ille miles cruciatus, & poenis extorquere, & diripere volebat, se commisisse dixit: ad solam oculorū viri Dei in eos coniectionem, atque subleuationem, dissoluta sunt illico vincula illa, & viso hoc signo, persecutor ipse à tanta immanitate repressus est. Denique tertium, & quartum eiusdem versus carmen hic recenset miraculum, quod cū semel in tempesta nocte sanctus Benedictus orationi intentius vocaret: vidit effusam de cœlo lucē atras noctis tenebras effugantem: & in ea totū mundum velut sub vno solis radio collectū: atque ante eius oculos adductum fuisse.

Mortuū vitæ reuocas precando, Corda multorū penetras propheta, Cernis ad cœlos animas leuari, Clarificat⁹

Mortuum vitæ reuocas precatu. Filium scilicet illius rustici, qui relicto ad ostium

monaste.

monasterij filij sui mortui corpore: perrexit in agrum ad sanctum Benedictum, importuno que clamore filium suum reddi postulavit: mortuumque ad vitam reuocari. Cuius improbis vocibus euictus vir Dei in oratione prostratus, petiuit à Deo animam pueri suo corpori restitui: quod impetrauit. Secundum vero eiusdem versus carmen id refert signum, quòd cum sancto viro cibum sumentis hora vespertina astaret vnus ex fratribus lucernam manu tenēs, & tumidus animo, indignaretur intra se, qui tale deberet illi impendere ministeriū: beatus Benedictus, cognoscens superbiam illius cogitatus, iussit ab eo lucernam auferri, aliumque illi succedere officio, quod is tanquam abiectum & vile existimarat: atque seipso indignum. Insuper diē sui obitus & futuram monasterij sui euersionem longe ante prænunciauit. Non immeritò igitur etiam hic propheta nuncupatur. Demum duo postrema eiusdem versus carmina id recitant signum: quod sanctus Benedictus sublatus in spiritum, & diuino lumine illustratus, vidit animam Germani episcopi Capuani tanquam sphaeram igneam ab angelis in caelum defer

In transitu S. Benedicti.

ri. Verum hæc omnia miracula diffusius in supradicto beati Gregorij opusculo cōmemorantur: & ex eo loco iam antenominato planius agnoscēda sunt, & requirēda.

Laudet exultans: deitas creatrix: Te chori nostri iubilus perennis, Quem Poli iungas superis choreis, Quæsumus omnes.

Carmē est dimetrū iambicū cacome- trū. Canitur in quadagesimali ieiunio.

Iam Christe sol iustitiæ, Noctis recedant tenebræ: Nunc mētis eat cæcitas. Virtutum & lux redeat.

In hoc hymno rogat auctor Deū, vt in hoc tēpore tribuat nobis cor pænitens: & quos lōganimitate pietas expectauit, sua benignitate ad se cōuertat. O Christe sol iustitiæ. i. splendor pietatis, tenebræ noctis. i. peccata nostræ mentis, scilicet, cæcitas eat, idest cædat, nunc, idest in hoc tempore, & lux virtutum redeat, idest, virtutes bonorum operum in nobis redeant, idest, reuertantur.

Datempus acceptabile, Et pænitens cor tribue, Conuertat vt benignitas, Quos

Quos longa suffert pietas.

Da tempus acceptabile, congruū ad pœnitentiam: quod ante passionē. s. in veteri testamento non erat, quia oculus pro oculo, & dens pro dente dabatur: modo autē non sic, & tribue nobis cor pœnitens, vt nō transeat, idest non reddat, nos noxios hoc, idest propter hoc quod, prærogas, idest interpellas Deum patrem pro nobis, benigne, idest misericorditer.

Quiddamq; pœnitentiæ, Da ferre licet grandium, Maiori tuo munere, Quod demptio fit criminum.

O Christe da quiddam idest paululū, pœnitentiæ ferre idest agere nobis, quod idest propter quā pœnitentiā, demptio. i. ablutio criminū fit, & hoc, tuo munere maiori, criminibus: quia delet crimina licet, quamuis grandium, idest magnorū peccatorū.

Dies venit dies tua, In qua reflorent omnia, lætemur in hac ad tuam, Per hanc reducti gratiam.

Vere debes dare pœnitentiam, quia tua

Hymnus.

dies iudicii, vel paschalis festiuitas venit,
quia nos sumus, in quos fines sæculorū de
uenerunt, dies. s. paschalis venit. i. accedit:
dies dico illa, in qua. i. die, omnia. s. mētes
hominum, reflorent. i. micant virtutibus,
ideo, lætemur in hac die, vt, pro sicut, redē-
cti sumus. i. redempti, per hanc tuam gra-
tiam. i. gratis & redemisti nos, & saluasti.

Te rerum vniuersitas, Clemens ado-
ret trinitas, Et nos noui per veniam,
Nouum canamus canticum.

Et ideo o, clemēs trinitas in personis &
vnitas in essentia, vniuersitas rerū. i. vniuer-
sa res, adoret te: & nos facti noui per veniā.
i. per tuam gratiā canamus canticū nouū.
i. iubileum, quod mente nec corpore po-
test exprimi.

Præsta beata trinitas, Cōcede simplex
vnitas, Vt fructuosa sint tuis, Ieiunio-
rum munera. Amen.

O beata trinitas præsta. i. dona. s. trinus
Dens in personis: & o, simplex vnitas. s. sub-
stātia, cōcede. i. iube, vt munera ieiuniorū
nostrorū, sint fructuosa. i. fructus bonorū

ferentia,

ere ntia, tuis fidelibus, ieiunantibus, idest, ut ieiunia nostra sint acceptabilia, & tibi placentia.

A Vdi benigne conditor Nostras Carmē est
preces cū fletibus. In hoc sacro quale il-
ieiunio, Fufas quadragenario. lud. Pri-
mo dierū.

Materia huius hymni est commendatio Canitur
ieiunij: & hortatur nos ieiunare, & Deo ser à princi-
uire in hoc tēpore ieiunij, in orationibus, pio qua-
plusquam in alijs diebus insistere: ut in die dragesi-
iudicij habeamus vitā æternā. O, benigne malis ieu-
conditor. i. creator omnium rerum, audi nij.
preces nostras cum fletibus, preces dico, fu-
sas in hoc sacro ieiunio quadragenario. i.
in numero quadraginta dierum, in quibus
digne ieiunare debemus.

Scrutator alme cordium, Infirma tu
scis virium, Ad te reuersis exhibe Re-
missionis gratiam.

Et quia fundimus preces, ò alme scruta-
tor. i. inquisitor omnium cordium nostro-
rum, bene dico scrutator, quia tu scis. i. cog-
noscis, infirma viriū, quia tu scis, exhibe, i.
ostende, vel da, gratiam remissionis tuæ,

In Quadragesima.

reuerſis, i. deſt poenitentibus, ad te.

Multum quidē peccauimus, Pœnasq;
comparauimus, Sed cuncta qui ſolus
potes, Confer me delam languidis.

Bene dixi reuerſis, qui peccauimus mul-
tū quidem. i. certe, q; pro &, cōparauimus.
i. meruimus pœnas. ſ. inferni, ſed ſolus tu,
qui potes cuncta, quia omnipotens, confer
ideſt tribue me delam languidis. i. medici-
nam peccatoribus.

Sic corpus extra cōteri, Dona per ab-
ſtinentiam, leiunet, vt mēs ſobria, A-
labe proſus criminum.

Et conferendo medicinam, dona con-
teri. i. minui, per abſtinentiā comēſtionis,
corpus noſtrū extra ſe, ſic vt mēs ſobria. i.
abſtinens, vel modēſta, leiunet proſus. i.
omnino, à labe, ideſt a putredine, criminū,
ideſt peccatorum.

Eccetempus idoneum, Medicina pec-
caminum, Quibus Deū offendimus,
Cordi, verbis, operibus.

In hoc hymno hortatur nos auctor, vt

ab

ab omni peccato abstinemus, & rogemus Deum cū lachrymis & precibus, vt ipse remittat peccata nostra nobis, & nos mūdet ab omni vitio. i. peccato, quibus. s. peccatis, offendimus Deum contra nos, corde, idest vana cogitatione, verbis, idest iniquis sermonibus & turpi loquijs, operibus. i. prauis & illicitis actibus.

Qui pius & propitius, Nobis pepercit hactenus, Ne nos cum nostris perderet, Tantis iniquitatibus.

Dico quod verbo & opere Deū offendimus, qui. i. Deus: existens pius & propitius. i. misericors: & pepercit nobis hactenus. i. hucusque, ne, secundum mala nostra, nos, pariter, cum nostris iniquitatibus perderet sed ita pepercit: vt mediante paterno auxilio ad ipsum veniamus: & a modo in bonis operibus perseueremus.

Hunc igitur ieiunijs, Cū precibus & lachrymis, Multisque bonis alijs, Placemus deuotissime.

Et quia pepercit nobis misericorditer, placemus. idest placatum nobis faciamus,

Hymnus.

hunc, scilicet Deum: & quomodo? cum ieiunijs. i. cum abstinentia cibi & potus. & cū precibus. i. orationibus assiduis, quia ipse ait, Petite, & accipietis: & alibi, Amen amē dico vobis: quicquid orantes petitis, credite, q̄ fiet vobis, cum, lachrymis, compunctionis, & cum multis bonis alijs placemus eum, deuotissime, id est cum magna deuotione.

Vt nos a cunctis sordibus, Purgās ornet virtutibus, Angelicis & cætibus
Nos iungat in cœlestibus.

Dixi, quòd placemus eum deuotissime, vt, ipse, purgans nos a cunctis sordibus. i. peccatis, & ornet nos virtutibus, & faciat nos perseuerare in eis, & iungat nos in cœlestibus. i. in regno cœlorum, angelicis cætibus, id est societatibus angelorum.

Sit benedictus genitor, Eiusque vnigenitus, Cū spiritu paraclito, In sempiterna sæcula, Amen.

Genitori, deest Deus pater, sit benedictus, què pro & eius vnigenitus id est Christus, qui est filius vnicus eius, sit Benedictus,
cum

cum spiritu paraclito, idest, consolatore, in
empiterna sæcula. Amen.

Clarum decus ieiunij, Monstra-
tur orbi cœlitus, Quod Christus
autor omniũ, Cibis dicauit abstinens.

In hoc hymno hortatur nos, & admo-
net autor, ieiuniorum humilitatem, & au-
toritatem habere à Christo efficaciam: vt
sicut antiqui patres Moyfes, & Helias con-
secuti sunt vitam æternam: ita consequa-
mur. Construe. Clarum decus ieiunij, idest,
commendabile ieiunium, mōstratut. idest,
datur, cœlitus orbi, idest mundo, quod ieiu-
nium, Christus autor omnium, rerum ab-
stinens cibis dicauit, idest sanctificauit: vel
autor, idest factor omnium rerum: dicauit
ieiunium.

Hoc Moyfes charus Deo, Legisque
lator factus est, Hoc Heliam, per aera
Curru leuauit igneo.

Hoc, idest, ex hoc ieiunio Moyfes, cui
data est lex in tabulis lapideis, factus est cha-
rus lator, idest, dator legis, vel legislator,
hoc etiam leuauit in curru igneo per aera,

I s idest

In Quadrage. ad matutinas. hymnus.

idest, per aerem ad coelum : quia Helias transgressus Iordanem cum socio suo Helisæo, dimisso pallio, raptus est curru igneo in coelum, postea Helisæus reuersus, percussit Iordanem cum pallio, & aqua recessit, & transiit sicco vestigio.

Hoc Daniel mysteria, Victor Leonū viderat, Per hoc amicus intimus, Spō si Ioannes claruit.

Hoc, idest, in hoc ieiunio, Daniel videt, mysteria, & hoc cognouerat per Spiritum sanctum (victor) idest imperator Leonum, & per hoc sanctum ieiunium, Ioannes amicus intimus Sponū, idest Christi fidelissimus claruit, idest clarus factus est.

Hoc nos sequi dona Deus, Exempla parsimonie, Tu robur auge mentium, Dans spiritale gaudium.

Et quia isti facti sunt sancti, vel beati. O Deus, dona nobis vt nos possimus, hoc sequi per exempla, eorum, parsimonie, idest, abstinentie cibi, & potus, & tu auge robur, fortitudinem, mentium dans spiritale gaudium.

Præsta

Præsta pater per filium, Præsta per al-
mum spiritum, Cum his per eum tri-
plici, Vnus Deus cognomine.

O pater præsta, nobis hæc scilicet, quæ su-
pra orauimus, per filium, idest amore filij,
& per almum, idest Spiritum sanctum; tu di-
co existens, vnus Deus, per eum, idest in
æternum, cum his scilicet filio, & Spiritu
paraclito, triplici cognomine.

EX more docti mystico, Seruemus Carmen est
hoc ieiunium, Deno dierum cir- quale il-
culo ducto quater notissimo. lud, Pri-
mo dierum.

Materia huius hymni est comendatio ie- Canitur.
iunij: & hortatur nos ieiunare, & Deo serui à princi-
re hoc tempore ieiunij in orationibus, & pio qua-
bonis operibus plusquam alijs diebus, vt in dragesi-
de habeamus vitam æternam: O fratres ser- malis ieu-
uimus hoc ieiunium, in quo modo sumus nij.
scilicet castè, & honestè nos, docti, idest in-
structi, ex more, idest ex consuetudine, my-
stico, idest figuratiuo ieiunium dico, du-
ctum notissimo circulo, idest reuolutione,
quater deno dierum, idest per quadragin-
ta dies: vel ducto scilicet circulo.

Lex & propheta primitus, Hoc præ-
tulerunt, postmodum, Christus sacra-
uit omnium, Rex atq; factor tēporū.

Lex, data per Moyſen, & prophete idest
Heliſ & alij prætulerunt hoc, ieiunium: &
Christus sacrauit illud, postmodum, idest,
postea: quia per quadraginta dies ieiuna-
uit, donans nobis exemplum, vt tempo-
re ieiunij valeamus redimere totius an-
ni deperdita tempora per opera nostra
praua, ieiunando per quadraginta dies, & à
malis abstinendo. Et bene debemus ieiuna-
re: quia propheta ieiunauerunt, & Christus
rex, & factor omnium consecrauit illud
ieiunium.

Vt amur ergo parcius, Verbis cibis &
potibus, somno, iocis, & arctius, Per-
stemus in custodia.

Et propheta, & postea Christus conse-
crauit hoc ieiunium, vt amur ergo parcius,
idest temperantius quam in alijs diebus
verbis malis, & cibis, & potibus, idest, à su-
perfluitate comestionis, & ebrietate ab-
stineamus, quia nimietate crapule, in pec-
catis

catis labimur, & venter mero estuans de facili spumescit in libidinem, & non solum in istis vtamur parcius: sed etiam, iocis illicitis, & somno, idest dormitione: & acrius, idest, strictius perstemus, idest perseueremus, in custodia, animæ nostræ.

Vitemus autem pessima, Quæ subruunt mentes vagas, Nullūque demus callidi, Hostis locum tyrannidi.

Dico quòd hoc relictis vitijs perstemus in custodia virtutum: & vitemus, idest abijciamus a nobis autem pessima, idest peccata, vel praua opera, quæ subruunt mentes vagas, idest aggrauant, q; pro &, nō demus vllum locum, idest vllam causam nocendi, tyrannidi, idest crudelitati, callidi hostis, idest diaboli.

DIcamus omnes cernui, Clamemus atque singuli, Ploremus ante iudicem, Flectamus iram vindicē.

In hoc hymno hortatur autor, vt rogemus Deum precibus: & lachrymis, vt ipse auertat a nobis suam iram, & remittat nobis delicta nostra: nos omnes cernui, idest

inclinati

in Quadragesima ad matut. Hymnus.

clinati, & humiles dicamus. i. confiteamur, scilicet peccata nostra: & singuli. i. quilibet nostrū, clamemus, idest vociferemur pro venia: & ploremus. i. defleamus. scilicet peccata nostra, ante iudicem, i. Christum, qui est venturus iudicare viuos & mortuos & sæculum per ignem, & quare dico quod clamemus, scilicet vt flectamus iram vindicem. i. iracundiam vindictam accipientē, de commissis peccatis.

Nostris malis offendimus, Tuā Deus clementiam, effunde nobis de super remissor indulgentiam.

O (Deus, nos offendimus) idest, irritauimus (tuam clemētiā) i. tuā benignitatē (nris malis) i. carnalibus operibus: & quia tu pius & misericors es, & dixisti: nolo mortē peccatorū: sed vitā, & vt cōuertantē & viuant: p cordis cōpūctionē, o (remissor, i. condonator delictorū) (effunde) i. emitte nobis (de sup) i. de supno folio (indulgētiā) peccatorū

Memento, quòd sumus tui, licet caduci plasmatis, Ne des honorem nominis, Tui precamur alteri.

Et

Et mittere debes d̄ cœlo nobis veniã, quia nos redemisti sanguine tuo: & ideo (memēto) o dñe q̄ tui sumus, redēpti. s. pro quamvis, caduci plasmatis, idest fragilis naturæ, quia de limo terræ, & precamur te domine, ne tu des, idest, permittas, alteri, idest, inimico humani generis, honorem nominis tui, scilicet nos, quia nomine tuo Christe Christiani vocati sumus.

Laxa malum, quod gessimus, Auge bonum quod poscimus, Placere quo tandē tibi, Possimus hic & perpetim.

Et quia alter non debet occupare honorem tui nominis, rogamus te, laxa, idest dimitte nobis, malum, i. peccatum, quod gessimus. i. quod male perpetrauimus: & auge idest augmenta, bonū, quod poscimus, à te quò pro, vt, possimus, idest valeamus placere tibi tandem, idest hic in præsentī. i. in conspectu tuo, & perpetim, perenniter.

V Exilla regis prodeūt, Fulget crucis mysterium, Quo carne carnis, cōditor, Suspēsus est patibulo. Materia hui' hym. ē talis; vt dicit B. Ambrosius

Carmē est quale illud. Primo dierū. Canitur

fius

in quadra
gesimali
ieiunio à
domlnica
in Passio-
ne.

Passio domini venit. Et quia venit de-
bemus de Passione aliquid agere. Et quia
debemus de Passione aliquid dicere: ergo
dicamus. vexilla regis. Vexilla domini sunt
ista, Baptismus, de quo ipse dicit: Nisi quis
renatus fuerit: &c. Item vexilla sunt corpus
& sanguis eius, unde ipse dicit: Nisi mandu-
caueritis carnem filij hominis, &c. Cōstrue
Vexilla idest signa regis, idest Christi pro-
deunt, idest apparent, mysterium, idest sa-
crificium, scilicet passio Christi, Crucis, ful-
get quia expugnauit diabolum, quo mylte-
rio, conditor, idest creator carnis, suspēsus
est patibulo, & hoc carne, pro humano gc-
nere: vel in carne sua propria.

Confixa clavis viscera, Tendens ma-
nus vestigia, Redemptionis gratia,
Hic immolata est hostia.

Ego dixi, quòd Christus suspensus est pa-
tibulo, idest, cruce, & ideo Christus, immo-
lata est hostia, vel talis est litera. s. in ara cru-
cis gratia redemptionis, idest, saluatio hu-
mani generis tendens, idest, extendens, ma-
nus. s. suas in cruce: & tendens vestigia, san-
guinis ipsius: & per hoc notatur, quòd san-

guis

guis fluxerat per totum corpus ipsius tendens: dico, viscera numerabilia, quia in tantum fuit extensus Christus in cruce, quod omnia membra ipsius poterant numerari, confixa, idest perforata, clavis. Clavi enim sunt positi in manibus suis & pedibus: & lancea in latere & inde exiuit sanguis & aqua. Ex inde dico manauit sanguis redemptionis, & aqua baptismatis: ex quibus nos Christiani regeneremur in fonte, & in sacro baptismo.

Quo vulneratus insuper, Mucrone
diræ lanceæ, Vt nos lauaret crimine,
Manauit vnda sanguine.

Ecce mysterium Crucis fulget per totū mundum: quia per crucem habemus altare, per corpus Christi hostiam, per sanguinem vinum, & per sudorem aquam, ex quibus sacrificiū facimus singulariter: quia ex immolatione crucis sibi fit altare, & ideo per sanctissimam crucē habemus altare, in quo sacrificamus, in quo patibulo, vulneratus insuper, scilicet, super clauos, mucrone. i. acumine, lanceæ diræ, idest crudelis. & ad quid? ad hoc, scilicet, vt nos la-

Dominica in Passione.

uaret crimine, idest, à peccato, vnda, idest
aqua manauit, idest, perfluxit cum sangui-
ne.

Impleta sunt, quæ cecinit David fide-
lis carmine, Dicendo nationibus, Re-
gnauit à ligno Deus.

Et eo tempore perpetrata sunt, quæ scri-
pta sunt de Christo per prophetas. Vnde
ipse sumens acetum in cruce cum spongia
dicit. Consummatum est. Quæ David conci-
nit, idest prophetauit, fidei carmine in psal-
terio, sunt impleta, ista, dicēdo nationibus,
idest gentibus diuersis, dicens, regnauit à li-
gno, idest à passione surrexit.

Arbor decora, & fulgida, Ornata re-
gis purpura, Electa digno stipite, Tá
sancta membra tangere.

Et quia pependit in cruce, possumus pro-
ferre vocem admirationis. O quantū fuit
ornata, arbor decora, idest pulchra, fulgida,
idest splendida, ornata, idest decora, purpu-
ra regis, idest purpureis mēbris Christi: ar-
bor dico electa tangere, idest sustinere tam
sancta mēbra digno stipite. i. sancto trūco.

Beata

Beata cuius brachijs, Pretium pepen-
dit sæculi, Statera facta est corporis,
Prædemq; tulit tartaris.

Vere beata fuit arbor vel crux, in qua pe-
pendit pretium mūdi, scilicet Christi s bra-
chijs, idest cornibus, cuius, idest crucis, pre-
tium sæculi, intus pependit, Arbor dico, sta-
tera, idest libra, corporis Christi, tulit præ-
dam tartaris: Nam descendens dominus
de cruce ad tartara, nullum de suis ibi reli-
quit. In hoc loco sermo dirigitur ad crucē.

O crux aue, spes vnica, Hoc passionis
tempore, Auge pijs iustitiam, Reiq;
dona veniam.

Et quia es statera facta. O crux aue. i. sal-
ue: tu dico, vnica spes nra, aue. i. multiplica,
iustitiã pijs. i. pietatem habentibus, hoc tem-
pore passionis, & dona veniam. i. remissio-
nem peccatorum, scilicet reis.

Te summa Deus Trinitas, Collaudet
omnis spiritus, Quos per crucis myste-
rium, Saluas rege per sæcula. Amen.

Et quia redemisti tuo sãguine, dico, o sum

In Quadragesimali tempore.

ma Trinitas, Deus omnipotens omnis spiritus collaudet te: & quos scilicet homines per mysterium crucis, idest per passionem, saluas, idest liberas, rege per secula. Amen.

Carmen est
in netru
ambicu
acomem
ru. Cani
ur tepo
e pascha
resurre
tionis.

P Ange lingua gloriosi, Præliū certaminis, Et super crucis Trophæo, Dic triumphū nobilem, Qualiter redemptor orbis, Immolatus vicerit.

Hymnus iste continuatur superiori: dixerat enim, q̄ dñs positus fuit in cruce, & lat^{us} eius perforatū: & sic deprecamur eū, quòd sicut mortuus est. i. sicut corpus q̄ assumptus in virgine, & in cruce mortificari passus est pro nostra redemptione, & ad inferna descendit, cum diabolo pugnavit, & eū superavit: sic faciat nos vincere cuncta nobis aduersaria. s. diabolū, & mundū, & concupiscentiam eius, & domesticum inimicū, scilicet carnem, de qua dicitur: Quanto familiaris, magis est pestis: tantū periculosior. O lingua pange idest manifesta, præliū certaminis gloriosi, idest victoriam, quam Christus obtinuit moriendo scilicet carne: quando vicit mortem morte sua: vnde ipse ait, O mors ero mors tua, &c. & sup tro

phæo

pheo. s. de victoria, crucis die triūphū nobi
lē, de inimicis fugatis, qualiter redemptor,
idest liberator, orbis, idest totius mundi, im
molatus in ara crucis, vicerit, idest vicit dia
bolam. Et nota, quod ante passionē Chri
sti diabolus duas manus. s. in corpore & in
anima hominis habuit: quia quosdam in
corpore, & in anima quosdam tantum in
anima post mortē trahebat ad se. Sed mo
do post passionem vnā habet, scilicet de
duabus potestatibus amisit vnā.

De parētis prothoplasti, Fraude facta
condolēs, Quādo pomi noxalis, Mor
su in mortem corruit, Ipse lignū tunc
notauit, Damna ligni vt solueret.

In hoc loco apostrophat autor: si aliquis
forte diceret, quare fuit immolatus Xps re
spōsio sic: quia cōdoluit de deceptione pri
mi parētis. s. Adē, Xps cōdolēs de facta f. au
de parētis, nri Adē prothoplasti. i. primi for
mati quā corruit, primus parēs, morte. i. in
mortē: & hoc, morsu, vetito pomi noxialis
i. nocui, ipse, Christus, tunc notauit p̄ordi
nādo significauit, lignū, suę crucis, vt solue
ret. i. recuperaret, dāna ligni. s. quę vincerāt

In Paschali tempore.

per lignum, id est pomum vetitum.

Hoc opus nostræ salutis, Ordo depoposcerat, Multiformis proditoris, Ars vt artem falleret, & medelam ferret inde, Hostis vnde læserat.

Benedico, q̄ tunc notauit lignum, vt solueret dāna ligni, quia nullo alio modo aptius poteramus reparari, & hoc aggreditur dicere. Ordo salutis nostræ depoposcerat hoc opus scilicet, vt Deus carnem sumeret: & patibulum crucis subiret: & per lignum dāna ligni soluerentur, vt ars, id est Deus, qui est artifex omnium rerum falleret, id est destrueret, artem multiformis proditoris, id est diaboli, & vt Christus, ferret medelam, id est salutem omnium gentium, id est ex illa re. s. à ligno, vnde id est, de quo ligno hostis. i. diabolus, læserat. i. nocuerat.

Quando venit ergo sacri, Plenitudo temporis, Missus est ab arce patris, Natus orbis conditor: Atque ventre virginali, Caro factus prodijt.

Ergo qñ. i. post quā, plenitudo t̄pis. i. qñ vltima etas, venit, vt Deus sacrificaret filiū, con-

ditor

ditior orbis. i. Christus natus missus est ab
arce patris, in mūdū, atq, factus caro vel car
nalis: prodijt. i. exijt de ventre virginali. Et
nota, quòd sicut flos sine macula pulcher,
& olens, ac suavis nascitur: ita Christus sine
semine, & sine crimine de verbo virginis
Mariæ prodijt.

Vagit infans inter arcta, Conditus præ
sepia: Membra danis inuoluta, Virgo
mater alligat: Et manus pedesque cru
ra: Stricta cingit fascia.

Infans. i. Christus positus inter arcta. i. an
gusta, præsepia, vagit. i. plāgit: & nota, quod
vagire est ppriū, puerorū, virgo Maria, mat,
sua alligat mēbra sua inuoluta pānis & fas
cia, idest vitela cingit pedes manus & crura.
Gloria & honor Deo, vsquequo altif
simo: Vna patri filioq, inclito paracli
to, Cui laus est & potestas, Per æterna
sæcula. Amen.

Gloria & honor Deo sit vsq, quo, altissimo o
i æqualiter, p̄ri, & filio inclito, glorioso pa
raclito Spiritui sancto sit laus, & gloria, sci
licet equalitas gloria coeterna, & maiestas

& tribus personis, & vni Deo, cui laus, & potestas per æterna sæcula. Amen.

Carmen
est simile
dimetro
ambico.

Iltra sex qui iam peracta Tempus, implens corporis, se veniente, natus ad hoc, passioni deditus: Agnus in Cruce leuatur, Immolā dus stipite.

Nota quod lustra dicitur spacium quinque annorum: & dicitur à lustrādo, eo quod Romani lustrabant per spacium quinque annorum totam Romam, & nos similiter per quinque ætates debemus lustrare totā Romā, scilicet sanctam Ecclesiam vincens inimicos. Hymnus iste sic cōtinuatur. Christus carnaliter triginta annorum, cum esset deditus passioni. Lustra sex dies, &c. Et nota quod accusatiui vel ablatiui casus possunt ibi legi. Ablatiui sic leguntur. Christus qui est implens tempus, idest, ætatem corporis humani, sex lustris iam peractis: & textus potest habere. Lustris sex qui iam peractis. Frequentius tamen est, vt accusatiui ibi legantur sic, Christus, qui est implens tempus, idest ætatem, corporis humani scilicet per sex lustrā iā pacta natus se volēte sponte natus, ad hoc vt pateretur agnus. i. Xps sine

macula

macula, deditus passioni: leuatur in cruce,
à Iudæis immolandum. i. sacrificandum, sti-
pente. i. ligno.

Hic acetum, fel, arundo: Sputa, clauis,
lancea: Mitte corpus perforatur, San-
guis vnda profluit: Terra, pontus, a-
stra, mundus: Quo lauantur fluminc.

Hic. i. in cruce dederunt ei, fel & acetum,
vel mixtum aceto: &, arundo. i. calamus
traditur ei in signum derisionis pro sce-
ptro, & propter hoc sputa adhibita sunt ei,
corpus mitte. i. suaue perforatur clavis, & læ-
cea, & inde sanguis, & vnda. i. aqua profluit
idest exiuit de corpore eius, quo flumine,
i. pro qua sanguinis effusione, terra. i. humi-
les, pontus, idest fluctuantes vitio, astra. i.
iusti, & mundus, idest mundani, lauantur
idest, purgantur. Per aquam debemus intel-
ligere baptismum, per sanguinem chrisma.
Et dicunt quidam, quod angeli boni purga-
ti sunt de labe, quam habuerunt de illis, qui
cecidierunt: vt lucifer, & sui complices: &
ideo dicit astra.

Crux fidelis inter omnes, Arbor vna
nobilis.

Tempore Paschali hymnus.

nobilis, Nulla silua talem profert, Frō
de flore germine: Dulce lignum, dul-
ces clauos, Dulce pondus sustinet.

Et quia redemit nos in cruce leuatus: om-
nes debemus clamare. O crux fidelis arbor
inter omnes vna, i. sola nobilis, quia nulla
silua profert talem, arborem, fronde. i. pro-
tectione, flore. i. decore, germine. i. fructu
vel radice, vel flore. i. Christo, qui vocatus
est flos à prophetis: quia sicut flos procedit
sine foetiditate, vel aliqua putredine: ita
Christus ex utero virginis processit sine ali-
quo peccato, dulce lignum fuit illud, quod
sustinet dulces clauos, Christi, & dulce pon-
dus. i. Christum,

Flecte ramos arbor alta: Tensa laxa
viscera: Et rigor lentescat ille, Quem
dedit natiuitas: Vt superni membra re-
gis, Miti tendas stipite.

Et quia pretiū mūdi pepēdit in te: ideo, o
arbor alta, flecte. i. humilia, ramos. i. brachia
crucis. & laxa. idest. relaxa, viscera Christi,
tensa, idest extensa in te, & ille rigor. i. duri-
tia, lentescat, idest mollescat: quem rigore,

natiuitas.

natiuitas. i. natura dedit tibi, vt tendas stipte. i. in cruce, miti, idest humili membra superni. i. Christi.

Sola digna tu fuisti, Ferri sæcli pretiũ:
Atque portum præparare, Nauta mũ-
do naufrago: Quem sacer cruor perũ-
xit, Fusus agni corpore.

Tu sola fuisti digua ferre pretium sæcli, i. sustinere illum, qui fuit appretiatas triginta argenteis, atque præparare portũ, quasi nauta mundo naufragio. i. periclitato. i. omnibus periclitantibus, quem mundum, sacer cruori. sanctus sanguis perunxit. i. munda-uit, ille dico, fusus corpore agni, Gloria & honore.

CHorus nouæ Hierusalem, Noua Metrum
meli dulcedine, Promat colens Metrum cum iam-
bicum, au-
cum sobrijs, Paschale festum gaudijs. tor est

Materia huius hymni est inuitare nos ad Ambro-
laudem festi Paschalis, cum militauerimus fius.
cõtra diabolum, dixit enim. Chorus nouæ.
&c. Notandũ est, q̃ primo vocabatur ciui-
tas illa Iebus, secũdo Iebusalem, tertio Salẽ,
quarto Hierusalem: per quod significatur

Tempore Paschali hymnus.

multiplex hominis status. Iebus enim interpretatur conculcamentum, & hoc est, quando aliquis in adolescentia intonsus efficitur. Iebusalem interpretatur pax conculcationis: & hoc est, quando aliquis habitat, & delectatur in predictis. Salem interpretatur pax, & hoc est, quando aliquis reuersus est à vitijs. Hierusalem interpretatur visio pacis: & hoc est, quando aliquis fruitur coelesti gaudio. Vnde hoc nomē Hierusalem quatuor modis accipitur ad literam. Hierusalem est illa ciuitas Palestinæ. Anagogicè Hierusalem est Ecclesia triumphans. s. chorus coelestis patriæ. In hoc loco accipitur sic Chorus nouæ Hierusalem. i. nouæ animæ, scilicet, cuiuslibet hominis bene innouati, & purgati à vitijs, promat noua dulcedine. i. dulce, melos. Melos dicitur à mel, quia sicut mel fit ex diuersis generibus rerum: ita & melos est, quod fit diuersis notulis, nouum, vnde Cantate domino canticū nouum, mel dicitur miscendo: vnde prohibebatur in lege, quod nemo in sacrificio poneret mel: sed semper sal. Mel enim fit ex diuersis generibus rerum. Homo non debet esse diuersus, sed vniuersus in bono,

vnde

vnde, Vinum & siceram non bibit, etiã sumitur hic vinũ in mala significatione. Vinum fit ex vno genere rerum, illi bibũt, qui tale quid faciunt semper, quid nisi sit reprehensibile. Sicerca fit ex diuersis generibus rerum: quæ aqua mixta vinum corrumpit aliud: vt de ceruisia, aut granum corrumpit aquam, aut aqua granum. Ille ergo bibit sicerã, qui facit aliquid, quod videtur de genere bonorum: cum non sit, chorus, dico colens festum paschale, cũ gaudijs sobrijs, conuenit ad corpus, vnde: sobrie, iuste, & pie viuamus in hoc sæculo iulie, quo ad proximum, pie quo ad nosmetipsos.

Quo Christus inuictus leo Dracone surgens obruto, Dum voce viua personat: A morte functos excitat.

Quo scilicet festo paschali, Christus inuictus leo, vt narrat Physiologus. Sicut leo rugitu suo resuscitat catulum post tridũ, ita pater filium, quare dictus est leo: ille dico, surgens dracone, idest diabolo, obruto, idest lapso, dum viua voce personat, vt genere viperarum: vnde docuit nos fugere a ventura ira. Vel generaliter potest intelligi

Tempore Paschali.

de angelis, qui viua voce resuscitabūt mortuos ad iudicium, excitat functos a morte, idest à mortali peccato: secundum aliam litteram, à morte, quā omnis homo habebit.

Quam deuorarat improbus: Prædam refudit tartarus: Captiuitate libera: Iesumque sequuntur agmina.

Ipsè scilicet Deus, refudit, idest retro fudit, vel reddidit prædam, quam tartarus. i. infernus, improbus. i. insaciabilis deuorat. i. ad se traxerat, captiuata libera agmina. S. animæ sanctorum, sequuntur te. Iesum vn. de illud: Quocunque pergir. &c.

Ipsum cauendo supplices, Redem precemur milites. Vt in suo clarissimo, Nos ordinet palatio.

Nos supplices. i. humiles, precemur ipsum regem. i. Christum: nos dico, milites precemur, inquam, Christum: cum prece & laudibus, vt ordinet nos in suo clarissimo palatio. i. in cælo inter sanctos. Vnde in Euangelio: In domo patris mei mansiones multe sunt.

Per sæcla mente nescia: Patri supremo
gloria: Honorque sit cum filio: Et spi-
ritu paraclito, Amen.

Gloria sit patri supremo, idest excelso,
per sæcla, idest per sæcula: & est ibi sinco-
pa: gloria dico, nescia mente, idest incom-
prehensibilis possibilitate humana, vnde
Deus regnavit in æternum & vltra, & ho-
nor sit ei. s. patri cum filio, & spiritu para-
clito. Amen.

R Ex æternæ Domine: Rerum crea-
tor omnium: Qui es & ante sæcu-
la: Semper cum patre filius.

Carmē est
dimetrū
iambicū
cacome-
trū. Cani-
tur tēpo-
re pascha-
li resurre-
ctionis.

Omnes isti hymni habēt vnā materiā, &
vnā intentionē: quia de passione Christi, &
de resurrectione tractant, Ostendit enim, q̄
sicut mortuus est propter delicta nostra: sic
& resurrexit propter iustitiā & iustificatio-
nem nostrā: & contulit nobis verum pas-
cha. i. transitum de terra ad coelum: de in-
ferno ad paradisum. Item rogat, vt sua re-
surrectio sit nostra redēptio: & in paschali
tempore vel gaudio, idest in die iudicij de-
fendat nos à periculo mortis, idest, damna-

natio-

Tempore Paschali.

natione. Vel materia huius hymni est, vt Deum deprecemur: vt sicut ille plasmauit Adam, & accepit corporis eius formam, vt nos redimeret à potestate diaboli, & iungeret nos Deo patri: ita liberet nos ab omni delicto in hoc paschali gaudio, O, domine æternæ rex, quia in omni tēpore es rex regum, tu dico, creator omnium rerum, & qui semper es filius cum patre ante sæcula idest, ante mundi constitutionem.

Qui in mundi primordio: Adam plasmauit hominē: Cui tuæ imagini, Vultum dedisti similem.

Qui plasmauit. i. formasti de nihilo hominem, Adam in primordio. i. principio mundi, cui, idest Adæ, dedisti vultum similem. i. mentem, similem per rationem, tuæ imagini, idest, tuæ formæ. Vnde in Genesi: Formauit Deus hominem ad similitudinem suam.

Quem diabolus deceperat, hostis humani generis: Cuius tu formam corporis, Assumere dignatus es.

Quem Adam scilicet diabolus, hostis. i. insidia-

insidiator humani generis, vel hostis, quia nos Adam deceperat, ideo tu, formam Adæ, dignatus es assumere, vt sic nos redimeres: & hoc est, cuius Adæ dignatus es assumere corporis formam.

Vt hominem redimeres: Quem ante iam plasmaueras: Et nos Deo coniungeres: Per carnis contubernium.

Dico, quod dignatus es formam serui tui accipere ad hoc, vt redimeres hominem. s. Adam, & alios quem hominem, iam ante plasmaueras, & nos, redimendo, coniungeres Deo patri, per contubernium. i. per vnionem vel per habitaculum, vel per coniunctionem carnis, idest humanitatis.

Quem editum ex virgine, Pauescit omnis anima: Per quem & nos resurgere, Deuota mente credimus.

Quem editum, i. natum, ex virgine, Maria, omnis anima. i. omnis spiritus rationalis pauescit, idest miratur per quem credimus resurgere nos, dum veneris iudicare viuos & mortuos, deuota mente.

Qui nobis per baptismum: Donasti

L

indulgen-

Tempore Paschali, hymnus.

indulgentiam, Qui tenebamur vincu-
lis: Ligati conscientia.

O tu Christe, qui donasti nobis, scilicet
omnibus credentibus, pie & quid, indulgē-
tiam originalis peccati, idest remissionem
per bāptismum, qui tenebamur ligati vin-
culis conscientia.

Qui crucem propter hominem: Sus-
cipere dignatus es. Dedisti tuū sangui-
nem Nostræ salutis prætium.

Qui dignatus es suscipere crucem, idest
passionem crucis, propter hominem: & de-
disti tuū sanguinē prætiū nræ salutis, quia cū
sanguine tuo emisti & nos redemisti.

Quæsumus auctor omnium In hoc pas-
chali gaudio. Ab omni mortis impe-
tu Tuum defende populum.

Et quia tot & tāta fecisti, quod nos à mor-
te liberaasti ideo, o auctor omnium rerū, quæ-
sumus, i. rogamus te, in hoc paschali gau-
dio, idest in tua resurrectione defende, id-
est protege populum tuum, à morte æter-
na iā redēptū ab omni mortis impetu. i. ab

omni

omnipericulo ne denuo ī morte corruam^p

A Vrora lucis rutilat, Cœlum lau-
dibus intonat: Mundus exultans
iubilat, Germens infernus vlulat.

Materia huius hymni est laudare Deum,
& extirpare vitia, & adhærere virtutibus. Et
nota, q̄ Ecclesia dicit̄ aurora: quia sicut au-
rora expellit tenebras: ita Ecclesia penitus
extirpat vitia, & peccata. Aurora Dei, quia
Christus resurrexit, cœlestes creaturæ, into-
nent, laudibus: & homines exultantes lau-
dant, & diabolus vlulat, & gemit. Expone er-
go sic, Aurora lucis rutilat, idest quando au-
rora pullulat: incipit dicere cœlum, idest cœ-
lestis creatura intonat, idest resonat, laudi-
bus, mundus exultans iubilat, idest homines
credentes in Deum cantant, & infernus ge-
mens, idest diabolus, vlulat, idest plangit:
quia dōlet de amissione eorū, quos tene-
bat mortuos. s. Adam & alios, quos secum
Deus traxit ad requiem.

Cum rex ille fortissimus Mortis con-
fractis viribus, Pede conculcans tarta-
ra. Soluit à pœna miseros.

L 2

Dico

Carmē est
dimetrū
iambicū
cacome-
trū. Cani-
tur in qua-
dragesi-
mali ieiunio à Do-
minica in
Passione.

Hymnus.

Dico, quod coelū tunc intonat laudibus
cū rex ille fortissimus. i. Christus, cōculcans
pede. i. pietate sua, tartara. i. diabolū, soluit. i.
liberauit miseros, i. homines à poena diabo-
li, & hoc cōfractis viribus mortis. i. diaboli.

Ille, qui clausus lapide, Custoditur
sub milite, Triumphans pompa nobi-
li, Victor surgit de funere.

Vere fractus viribus mortis, i. diaboli sol-
uit à poena miseros homines, quia ille clau-
sus lapide. i. monumento, custoditur, i. vigi-
latur sub milite, idest sub militibus: singula-
re pro plurali per sinec dochen, qua trium-
phans. i. vincens, pōpa nobili, idest victoria
quia tunc animas ab inferis extraxit, surgit
idest se sursum erigit de funere, i. de morte,
victor, idest triumphator.

Solutis iam gemitibus, Et inferni do-
loribus, Quia surrexit dominus, Res-
plendens clamat angelus.

Accipe de prædicto versu: Christus erat
victor, solutis iā gemitibus, & inferni dolo-
ribus angelus resplendens. i. valde nitens,
clamat dicens mulieribus: Ite, dicite disci-

pulis

pulis eius, & Petro, quia surrexit dominus.
Tristes erāt Apostoli, De nece sui do-
mini, Quē pœna mortis crudeli Ser-
ui damnarant impij.

Ita dixerūt angeli mulieribus, quia Apo-
stoli erāt tristes de nece. i. de morte, sui dñi,
quem dñm, serui impij, i. Iudæi dānarant, i.
damnauerant, crudeli pœna mortis.

Sermone blando angelus, Prædixit
mulieribus, in Galilæa Dominus, Vi-
dendus est quantocyùs.

Et quia Apostoli erāt tristes de nece sui
Dñi, ideo angelus prædixit mulieribus blā-
do sermone: Dñs videndus est in Galilæa, à
vobis, quantocyùs, idest subito.

Ille dum pergunt concitæ Apostolis
hoc dicere, Videntes eum viuere, Of-
culantur pedes Domini.

Illæ, mulieres dum pergunt: concitæ, id-
est sollicitæ, dicere hoc Apostolis, vidētes
eum viuere. idest Christum, osculantur pe-
des Domini, idest locum, ybi perfoderant
cum perfidi Iudæi.

Ad matuti. tempore Paschali hymnus

Quo agnito discipuli, In Galilæā pro-
perè, Pergunt videre faciem, Deside-
ratam Domini.

Quo agnito, idest quo audito, quia sur-
rexit Dominus: discipuli, idest Apostoli
pergunt properè, idest festinanter in Gali-
læam videre faciem Domini desideratam
scilicet ab eis.

Claro paschali gaudio, Sol mūdo ni-
tet radio, Cum Christum iam Apo-
stoli. Visu cernunt corporeo.

Sol nitet, idest splendet, radio, suo, mun-
do: in paschali gaudio, claro: cū, idest, quan-
do Apostoli cernūt, iā Xpm visu corporeo.
O estensa sibi vulnerat, In Christi
carne fulgida, Resurrexisse Dominū.
Voce fatentur publica.

Dicimus, quòd tunc apparuit discipulis:
sed quidā illorū. scilicet Thomas, cū abesset in ap-
paritione, narrātibus alijs, nō credidit. Vn-
de Dñs ostendit ei sua vulnera, & ait: Noli
esse incredulus, Et nota, quod quatuor de
causis cicatrices vulnerū ostēdit dñs, scilicet ut es-

set signum victoriæ, vt deinceps de resurre-
ctiōe nō dubitarēt, & nō crederēt eū phāta-
sticū corp⁹ accepisse, aut vt esset ad patrē in-
tercessio. Cōstructio Ostēsa vulnera. i. ostē-
sis vulnerib⁹, sibi. i. Apostolis, in fulgida car-
ne Xpi, illi Apostoli, fatētur. i. predicant vo-
ce publica, idest, manifesta, Dominum
surrexisse.

Rex Christe clementissime, Tu cor-
da nostra posside, Vt tibi laudes debi-
tas, Reddamus omni tempore.

O Christe clemētissime rex, tu posside. i.
guberna, corda nostra, idest mentes simul
cum corporibus, vt reddamus, idest persol-
uamus ad honorem tuum omni tempore
laudes tibi debitas.

AD cœnam agni prouidi, Et stolis Carmē est
diametrū
iābicū ca-
cimetrū.
albis candidi, post transitum ma-
ris rubri. Christo canamus principi.

Materia huius hymni est, quod nos inui-
tat autor ad cœnā agni illius, qui tollit pec-
cata mundi, scilicet ad accipiendum cor-
pus, & sanguinē dñi: de quo dictum est, qui
sumit corpus Christi indigne, iudiciū sibi

Ad matutinas, tempore Paschali, hymnus.
manducat & bibit. Qui vero digne, habet
vitam æternam. Nos vero positi ad coenā
prouidi agni, idest ad accipiendum corpus
& sanguinem domini, vel ad vltimum præ
ceptum Christi: quia sicut post coenam nul
lum restat prandium: ita post nouum testa
mentum nullum restat præceptum, Ad coe
nam agni prouidi, idest ad prandium veri
& sapientis agni: & candidi stolis albis,
idest cū virtutibus, canamus principi Chri
sto, idest laudemus eum de resurrectione,
post transitum maris rubri, idest post bap
tismum, vel post gloriam resurrectionis.

Cuius corpus sanctissimū, In ara cru
cis torridum, Cruore eius roseo, Gu
stando viuimus Deo. *quedam m. s. d. s.*

et 9040
Sāctissimū corp' cui' Xpi torridū crema
tū: qui passus in ara crucis gustando, i. susci
piēdo, ei' roseo cruore viuim' deo. i. diuinę
et m. s. d. s.
Protecti paschæ vespere, A deua stāte
et m. s. d. s.
angelo, Erepti de durissimo, Pharao
nis imperio.

Dico, q' viuim' Deo, p' tecti: i. defēsi vel ser
uati, vespere paschæ, i. in vltima ætate vel

myste-

mysterio resurrectionis Christi, quod nocte paschæ factum est, ab angelo deuastante. i. percutiente primogenita Ægypti, erepti. i. liberati, de durissimo imperio Pharaonis. i. diaboli.

Iam pascha nostrum Christus est, Qui immolatus agnus est, Sinceritatis azima, Caro eius oblata est. *improposita christo* *gesto pan* *linpi*

Construe, Christus est iam nostrum pascha. i. transitus de vitijs ad virtutes, qui Christus est agn^o. i. patiens, immolatus, pro omnibus nobis. Vel sic: quia Christus immolatus pro nobis, est agnus sinceritatis. i. puritatis, caro eius oblata. i. sacrificata est azima. i. sine fermento, vel sine amaritudine. Azima dicitur ab a quod est sine: & zima quod est fermentum vel amarum: inde azima, quasi sine amaritudine.

O vere digna hostia, Per quam fracta sunt tartara, Redempta plebs captiuata Redit ad vitæ præmia. *sans sacrificio* *repi* *aliqua*

O vere digna hostia. i. sacra, per quam. s. hostiam tartara sunt fracta, & per quam, plebs captiuata. i. animæ sanctorum in inferno de-

Tempore Paschali.

tentæ sint redemptæ: & per quã, præmia vi-
tæ æternæ sunt reddita, plebs dico captiva-
ta, redit. i. reuertitur, ad præmia vitæ supple
æternæ.

De imperio
Maarcel
Cum surgit Christus tumulo, Victor
redit de baratro, Tyrannum tradens
vinculo, Et reserans paradisum.

a dicendo
Cum. i. quando, Christus surgit tumulo.
i. de sepulchro, victor redit de baratro. i. de
fouca inferni, tradens. i. claudens tyrannũ,
idest, diabolum, vinculo, idest cum potesta-
te sua ligans eum, & reserans paradisum
fidelibus tuis: quia in misericordia hoc
fecisti, ideo rogamus te, Quæsumus au-
tor. &c.

Carmen est
quale il-
lud, Pri-
mo dierũ.
Canitur,
in re diui-
na Ascen-
sionis do-
minica,

A Eterne rex altissime, Redemp-
tor & fidelium, Quo mors solu-
ta deperit: Datur triumphus gratiæ.

O æterne rex altissime, & redemptor fi-
delium: quo. i. per quem, mors soluta depe-
rit, idest destructa extitit, uel perijt (mors)
idest descensus ad inferna, quia sancti illuc
modo non descēdunt, vt ante passionem
Christi (triumphus) idest, victoria gratiæ da-

tur)

tur)iam glorificatis in anima, corpore glo-
rificandis in resurrectione.

Scandens tribunal dexteræ. Patris po-
testas omnium, Collata est Iesu cœli-
tus, Quæ non erat humanitùs.

Tu es (scandens, idest ascendens, tribu-
nal. i. sedem dexteræ patris. i. ad æqualita-
tē patris, potestas omnium rerum est col-
lata, idest attributa, Iesu. s. Christo: & hoc,
cœlitus. i. diuinitus: possumus dicere, quòd
solus est ad dexteram patris. Cæteri ordi-
nes sanctorum ad sinistram respectu clari-
tatis filij, quæ potestas non erat ei collata
humanitùs. i. quamdiu, vel quando erat
in mundo.

Vt trina rerum machina, Cœlestium
terrestrium, Et infernorum condita,
Flectant genu iam subdita.

Dico, q̄ potestas datur diuinitus Chri-
sto, quæ non erat humanitùs, vt trina rerù
machina. s. cœlestium, terrestriū, & infer-
norum cōdita, a te, flectant genu iā subdita
idest flectentes genua cœlestes terreni &
infernales sunt, subdita, idest humilia-

In Ascensione Domini.

liata, tibi ad honorem tui.

Tremunt videntes angeli, Vice versa
mortalium, Culpat caro, purgat caro
regnat Deus Dei caro.

Angeli videntes) humanam formam, vel
naturam (tremunt) id est, mirantur. s. quia
videbant humanā naturā per ipsum Chri-
stum ad dexteram patris collocatam, & e-
xaltatam: & (hoc vice versa mortalium) tre-
mebant, & mirabantur. Et nota, quod an-
te natiuitatem Christi angeli ab hominib⁹
se adorare patiebantur: sed non postea, si-
cut legimus de Ioanne, qui cum vellet an-
gelum adorare, inquit angelus Ioanni. No-
li me adorare: cōseruus enim tuus sum: &
fratrū tuorum (caro) Adæ (culpat) nos. i.
per Adam in peccatū cadimus caro Chri-
sti purgat, nos id est per Christum de vitijs
ad virtutes surgimus (caro Deus regnat)
quia Christus Deus est & homo.

Tu esto nostrum gaudium, Manens
olimpo præditum, Mundi regis qui
fabricam, Mundana vincens gaudia.

O Christe (tu esto nostrum gaudium: ma-

ncis

nens præditum) idest nobis paratum hono-
ratum sublimatum (olimpo) idest in cœ-
lo: & tu (qui regis) idest gubernas (fabricā)
mundi (vincens mundana gaudia). i. amor
tuus super excellit omnes delectationes
mundi.

Hinc te precantes quæsumus, Ignosce
culpīs omnibus, Et corda sursum su-
bleua, Ad te superna gratia.

Quasi diceret super excellit gaudia mū-
di: & hinc nos (precantes quæsumus) idest,
deprecamur (te, ignosce culpīs omnibus)
idest, dimitte nobis peccata nostra (& suble-
ua) idest, sursum leua (corda ad te superna
gratia) i. pro summa misericordia.

Vt cum rubente cœperis Clarere nu-
be iudicis, Pœnas repellas debitas,
Reddas coronas perditas.

Nos quæsumus te (vt cum) idest quando
nubes iudicis idest Christi (cœperit clare-
re) idest fulgere (nube iudicis rubente). i. cla-
rescente. i. te ipso iudice adueniente nobis
(repellas pœnas debitas) per Adam (& red-
das, idest, tribuas per gratiam (coronas per-
ditas)

Tempore Paschali.

dicas) & culpam inventam, & collatā secū-
dum meritum per gratiam, quia non ne-
cessitate cogente, sed volente & gratis
morte liberauit, & saluauit nos.

Gloria tibi domine, Qui scādis supra
sydera, Cum patre, & sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

O, domine, Iesu Christe, qui scandis
supra sydera. idest super omnes cœlos,
gloria, idest, laus & honor, sit tibi cum pa-
tre, & Spiritu Sancto in sempiterna sæcu-
la. Amen.

Iesu nostra redemptio, Amor, & de-
siderium, Deus creator omniū, Ho-
mo in fine temporum.

O Iesu nostra redemptio, tu dico, amor
& desiderium, nostrum. i. amor desidera-
bilis. Deus Creator omnium, qui es in fine
temporū, factus, homo, Vnde Deus & ho-
mo & hoc in vltima ætate.

Quæ te vicit clementia, Vt ferres no-
stra crimina? Crudelem mortem pa-
tiens, Vt nos a morte tolleres.

Quæ, idest quanta clementia, idest pietas, vicit, idest, cōpulit, vt ferres, idest portares, vel deleres, nostra crimina, idest peccata, patiens crudelem mortem, Crucis pro peccatis nostris: & quare? vt tollereres, idest, liberares, nos a morte, idest, à diabolo.

Inferni claustra penetrans, Tuos captiuos redimens, Victor triumpho nobili, Ad dexteram patris residens.

Tu, penetrans. i. frangens, claustra inferni, redimens, sanguine tuo, captiuos, qui tenebantur iuste in inferno, residens ad dexteram patris, manens victor triumpho nobili. i. mirabili victoria.

Ipsa te cogat pietas. Vt mala nostra superes, Parcendo, voti cōpotes, Nos tuo vultu facies.

Ipsa pietas, quæ cogit te, vt subires mortem Crucis, cogat. i. impellat te, vt superes nostra mala. i. dimittas nobis debita nostra, & facies. i. impleas, & frui facias, nos compotes, nostri, voti. i. desiderij, tuo vultu. i. tua præsentia.

Tempore Paschali.

Tu esto nostrum gaudium, qui es futurus præmium, Sit in te nostra gloria, Per cuncta semper sæcula. Amen.

Et tu, qui es futurus nostrum præmium, esto nostrum gaudium. i. in presenti, & in futuro: & nostra gloria, idest, laus, sit in te semper, idest in omni tempore, per cuncta sæcula. Amen.

Carmen est quale illud. Primo dierum.

Canitur in festo Pentecostes, quo spiritus sanctus missus est in discipulos Christi

Veni creator spiritus, Mentem tuorum visita, Imple superna gratia, quæ tu creasti pectora.

Materia huius hymni est Spiritus Sanctus: quem pater promiserat, quando dixit Iohel: Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Filius promisit, quando dixit. Si assumptus fuero in caelum, mittam vobis paraclytum: & apostolis simul orantibus in hora tertia, mundus tonuit, & subito venit spiritus Sanctus & apostoli inflammati Spiritu Sancto, diuersis loquebantur linguis magnalia dei. Intentio est rogare deum, ut purget pectora nostra superno splendore: & illuminet gratia Spiritus Sancti: & expellat a nobis visibiles, & inuisibiles hostes ut habea.

habeamus vitam permanentem cum ipso. O, creator sancte spiritus Dei, veni, & visita mentes tuorum fidelium, & veniendo imple pectora, superna gratia, quæ tu creasti. i. fecisti.

Qui paraclytus diceris, Donum dei altissimi, Fons viuus ignis charitas, spiritalis vnctio.

Qui paraclytus. i. consolator, diceris donum Dei altissimi, & diceris, fons viuus, de quo non communicatur alienis, vel fons viuus aquæ salientis in vitã æternã: & diceris ignis, quia corda hominũ ad dilectionẽ Dei, & proximi, accendis: & vitia. i. peccata contumis, & diceris, charitas, quia facit diligere Deum: & proximum: & diceris, spiritalis vnctio, quia de spiritali vnctione. i. de Spiritu Sancto vngis corda hominum, vt humilientur in baptismo.

Tu septiformis munere, Dextræ Dei tu digitus, Tu rite promissum patris, Sermone ditans guttura.

Tu es septiformis munere, idest donis gratiæ. i. propter septiformem gratiã Sep-

tē enim sunt dona Spiritus Sancti: spiritus sapientiæ, & intellectus: Spiritus Sancti cōsiliij, & fortitudinis: spiritus scientiæ, & pietatis, & amoris. Tu es digitus, idest potentia, dexteræ Dei, quia sicut nodi digitorum varij sunt, ita varia sunt dona Spiritus Sancti: & tu es promissum patris, ditans. i. faciens ditares, guttura, vel, pectora sermone rite. i. rectè: vel tu es ditans pectora promisso. i. ex promisso.

Accende lumen sensibus; Infunde amorem cordibus. Infirma nostri corporis, Virtute firmans perpetim.

Et tu, qui operaris omnia, accende lumē sensibus. i. mentibus nostris, & infunde cordibus nostris, amorē. i. dilectionē Dei, firmans infirma. i. debilia nostri corporis: perpetim. i. perenniter: vel perpetue: virtute). i. mirabiliter cum virtute perpetua: & semper nos firmans. i. protegens.

Hostem repellas longius, Pacemque dones protinus. Ductore sic te preuio Vitemus omne noxium.

Repellas hostē longius, idest remoueas

cum

procul à nobis: & (dones pacem protinus) idest, cito (vitemus omne noxium) idest, peccatum, sic te prævio) idest ductore.

Per te sciamus da patrem, Noscamus atque filium, Te vtriusque spiritum, Credamus omni tempore.

Da, o sancte Spiritus, vt per te sciamus patrem, atque noscamus, filium, & credamus te vtriusque spiritum, idest, procedentem à patre, & filio, omni tempore. Amen.

Iam Christus astra ascenderat, Regressus vnde venerat, Promissum patris munere, Sactū daturus spiritum.

Carmē est quale illud, Primo dierū.

Materia huius hymni est eadē, quæ & in præmissis: spiritus Sanctus consolator, vel aduocatus dicitur: quia consolatur nos, cum sumus in peccatis, trahendo nos ad celestem patriam, ipse Spiritus Sanctus cum splendore feruenti, apparuit discipulis suis: & quia sermo igneus futurus erat, ideo in ignea lingua eius apparuit, quia fecit eos ardentes indilectione Dei, & proximi, & perito sermone, affluen-

Canitur. in festo Pentecostes: quo spiritus sctus missus est in discipulos Christi.

In festo Penthecostes.

tes. Construe, Christus ascenderat iam, secundum humanitatem, astra, dico, regressus idest, reuersus, vnde venerat: daturus apostolis munera promissa patris. i. Spiritū Sanctum.

Solemnis vigeabat dies, Quo mystico septēplici, Orbis volutus septies Signat beata tempora:

Solemnis, idest festiualis, dies vigeabat. i. festinabat. vel immincebat, septies septem, quæ sunt quadraginta nouem, & vno addito quinquaginta: per septē intelligimus temporalia, idest corporalia, per quæ septem totum tempus vitæ nostræ voluitur, in quo debemus liberari à peccatis: vt perueniamus ad illam beatitudinem, quæ intelligitur per quadraginta dies, in quibus ieiunare debemus, vt peruenire possimus ad diem sabbati, idest ad requiem, quo die, mystico, idest figuratione, septēplici, idest per figuram septēplicem, orbis idest septimana, volutus septies, idest per quadraginta & nouem dies, signat beata tempora scilicet tempora futura, idest æternam requiem,

Dum hora cunctis tertia Repente mū-
dus intonat, Orantibus apostolis, De-
um venisse nunciat.

Et quia Christus ascenderat, dum hora
tertia, videbatur esse cūctis, omnibus apo-
stolis, mundus intonat repente. i. subito, &
ille sonus vel mundus, nūciat. Deum venis-
se orantibus apostolis. i. simul in vnum lo-
cum congregatis, & orantibus, & expectā-
tibus promissionem domini sui. s. Christi,
cum ipse & illa promissione eis ante ascen-
sionem locutus fuisset dicens: Vado, & ve-
nio ad vos: & mittam vobis paraclitum. i.
cōsolatorē, qui docebit vos omnem verita-
tem: & ita facti perfectiores in omni tem-
pore, erant, quia diuersa genera linguarum
loquebantur, & prædicabant magnalia
Dei.

De patris ergo lumine, Decorus ig-
nis aduenit, Qui fida Christi pectora,
Calore verbi compleat.

Et quem quidem pater misit spiritum, er-
go ignis, idest spiritus, decorus, idest, pul-
cher, est almus de lumine patris, qui spiri-

Tempore Paschali.

tus, compleuit. i. ut haberent scientiam lo-
quendi, pectora, apostolorum, vel homi-
num fida i. fidelia, Christi, & hoc, calore. i.
ardore, verbi. i. filij.

Impleta gaudent viscera, Afflata san-
cto spiritu, Voces diuersas intonant,
Fantur Dei magnalia.

Viscera apostolorum, impleta. i. satiata,
gaudent, quia fecit eos loquentes, & etiam
ardentes in amore: & afflata. i. inflamata spi-
ritu Sancto, intonant diuersas voces. i. lo-
quuntur idiomata omnium linguarum &
farentur vel fantur magnalia Dei i. mirabi-
lia Dei. i. prædicant nomen Christi.

Ex omni gente cogniti, Græcis, Lati-
nis, Barbaris. Cunctisque admiranti-
bus, Linguis loquuntur omnibus.

Ex omni gente, idest ex omnibus genti-
bus, cogniti sunt apostoli scilicet a Græcis,
Latinis, Barbaris, cunctisque admirantibus,
apostoli, loquuntur linguis omnibus, quæ
sunt quadraginta, & decem.

Judæa tunc incredula, Vesana toruo

Spiritu: Ructare multi crapulam: Alū
nos Christi concrepat.

○ Cum Apostoli ita loquebantur, omnes
admirabantur sic loquentes, credentes
Deum in eis esse, sed Iudæa, increpat
eos, idest, plebs Iudæorum incredula, idest
infidelis: illa dico vesana, idest infana, tor-
uo spiritu, idest superbo, concrepat alum-
nos, idest discipulos, Christi ructare crapu-
lam multi, idest affirmat eos vino ine-
briari.

Sed signis, & virtutibus, Occurrit, &
docet Petrus, Falsa profari perfidos,
Iohelis testimonio.

Æstimabant Iudæi, quod præ nimio po-
tu masti, idest per ebrietatem Apostoli ta-
liter loquebantur, sed Petrus occurrit sig-
nis, i. miraculis, & virtutibus docet, i. pro-
bat, perfidos Iudæos profari, i. loqui falsa.
Iohelis Prophetæ testimonio, probavit e-
nim Iohel sic. Effundam de spiritu meo su-
per carnem: & prophetabunt filij vestri, &
filia vestra.

Sit laus patri cum filio, Sancto simul

In festo Penthecostes.

Paraclito: Nobisque mittat filius, Charisma sancti Spiritus. Amen.

Laus sit patri cum filio simul, & sancto paraclyto, idest, Spiritui Sancto, & filius mittat nobis omnibus fidelibus, charisma, idest, donum Spiritus Sancti, vel gratiam Spiritus Sancti.

Carmē est quale illud. Pri- mo dierū. Canitur in festo Pentheco- stes, sicut & superio- res.

BEATA nobis gaudia, Anni reduxit
Orbita: Cum Spiritus paraclitus.
Effulsit in discipulos.

Materia huius hymni: est Spiritus Sanctus quē pater, & filius promiserūt Iohel dicēte. Effundā de spiritu meo super omnem carnem: Prophetabunt filij vestri, & filia vestre, & filius dicit: Si assumptus fuero a vobis in caelum, mittam vobis paraclitum, & apostolis orantibus mundus intonat: & venit Spiritus Sanctus in specie ignis, quo apostoli inflammati loquebantur magnalia Dei varijs linguis.

Quæritur hic, vtrum filius sit à patre nō factus: sed genitus ex præiacenti materia, dico ex substantia patris, & non ex aliquo: sed ex patre. Similiter dico de processione

sione Spiritus sancti: quia fit ex patre, & filio, & de substantia vtriusque coequalis eis & non ex aliquo factus, nec ex nihilo. Construe orbita, idest reuolutio anni reduxit nobis beata gaudia: cum Spiritus paracletus effulsit, idest resplenduit, in discipulos.

Ignis vibrante lumine, Linguae figuram detulit: Verbis vt essent proflui, Et charitate feruidi.

Construe, ignis, idest Spiritus sanctus cum splendore feruente apparuit discipulis, quia sermone eorum futurus, igneus erat: & ideo in lingua, & igne apparuit: quia fecit eos ardentes in dilectione Dei & proximi, & pariter sermone affluentes, quod dicitur hic, Ignis, idest Spiritus sanctus, detulit figuram linguae vibrante, idest feruente, lumine suo, idest, splendore: vt illi Apostoli, & discipuli, essent proflui. i. fecundi & loquentes, verbis idest, varijs linguis, & feruidi idest ardente inflammati charitate.

Linguis loquuntur omnium, Turbae pauent gentilium. Musto madere deputant, Quos Spiritus repleuerat.

Illi

In festo penthecostes.

Illi Apostoli, loquuntur linguis omnium, & ideo turbæ gentilium pauent, id est mirantur, & turbæ illæ, deputant, id est valde putant, madere, id est abundare, mæsto, id est vino illos, quos Spiritus sanctus suo splendore, repleuerat,

Patrata sunt hæc mystice, Paschæ peracto tempore, Sacro dierum numero Quo lege fit remissio.

Cum filij Israel quadraginta & nouem annis per desertum errassent, in quinquagesimo anno iuxta montem Sanay cū fulgore, & tonitruo legem acceperunt. Item in lege Moyfi filij Israel emebant seruos, & ancillas, & agros, & possidebant quadraginta & nouem annos in quinquagesimo anno omnes liberabantur. Inde dicitur annus iubilei, id est, remissionis: & significat octauā diem resurrectionis, in qua omnes liberati erunt à seruitute diaboli: & hoc est mystica, id est figuratiua, sunt patrata id est completa peracto: id est completo tempore Paschæ sacro numero dierū ī quinquagenario: quo numero fit remissio, in lege Moyfi, vel mystice. i. figuratiuè.

Tenunc Deus pijsimæ, Vultu preca-
mur cernuo: Illapla nobis celitus, Lar-
gire dona spiritu.

O, pijsime Deus, precamur, te, nunc, id.
est, in præfenti vultu cernuo. idest prono
largire, dona Spiritus sancti, illapla nobis
coelitus, idest, diuinitus intola.

P Ange lingua gloriosi, Corporis
mysterium: Sanguinisque pretio-
si, Quem in mundi pretium: Fructus
ventris generosi: Rex effudit gētium:

Materia hui⁹ hymni gloriosissima, quia a
Christo infinite glorioso; & solennissimo
est, quoddam præceptum obseruantia dig-
num ab Ecclesia militanti approbatū, &
dictam. Vnde diligētissime huic fides adhi-
benda est, iuxta Aurelij Augustini dictū in
Epistola ad Fundamentum: Euangelio nō
crederē, nisi quia Ecclesia approbat. Quod
quidem præceptum est, vt pangamus & cā-
temus corde & lingua Eucharistiæ, sine cor-
poris Christi mysteriū. Pro quo est aduer-
tēdū, quod differētia talis est inter ista tria
vocabula ibi recitata. s. mysterium, sacri-
ficiu

Carmē est
diametrū
iābicū ca-
cometrū.
Canitur
ī festo Eu-
charistiæ.
i. bonæ
gratię hoc
est Corp⁹
Christi.

In festo Corporis Christi

cium, & sacramentum. Nam primo mysterium dicitur sacrum secretum, vel sacrum absconditum. Et ratio est ex sua deriuatione sumpta, quia dicitur à mystis, vel mysticen Græce, quod idein est, quod secretum Latine. Sacrificium verò generaliter non propriè, secundum Ysidorum est victima, & quæcunque in ara cremantur, & ponuntur: & sic sumitur pro oblationibus, quas antiquitùs faciebant, scilicet vitulorum hiccorum &c. Sacramentum tamen intelligitur sic, idem est quod sacræ rei signum, quantum ad æthymologiam vocabuli: vel sacramentum est rem secretam continēs. Nam aliud cernitur, aliud intelligitur. Et dicitur à sacer sacramentum sacramenti, quod idē est, quod pignus sponsonis, sicut iussurandum datur alicui, vt sit de fideiussor. Quapropter, Tantum ergo sacramentum, scilicet Eucharistiæ, de quo hymnus cantat, est datum nobis in pignus beatitudinis, & promissi aduentus ad iudicium. Nam promissit Christus, quod habet alias oues ducere ad vnum ouile, & erit vns pastor secundum Matthæum, & in alio loco quasi pollicendo dixit, Estote parati, quia qua hora non

putatis, filius hominis veniet: sicut iam antea iusiurandum fecerat, & compleuit, ut ad Abraham testate David. Iusiurandū, quod iuravit ad Abraham patrem nostrum datum se nobis, quod de facto completum reuera accipimus in die Natiuitatis. Quod quidem sacramentum, & mysterium, & mirabile à sæculis non auditum instituit in die parasceue exurgens ille rex mansuetus cum discipulisque facto sermone consolatio ex vno latere, & ex altero multæ amaritudinis, quia dixerat, nocte hac scandalū propter me patiemini. Circa quod potest esse vnum dubium, quare magis institutū est tali die à Christo istud sacramentum, & non in alio tempore? ratio dubij potest esse ista, prima dispositio secundum Philosophos, debet præcedere formam: quia in secundo de anima, & vij. Metha. Actus actiuorum sunt in patiente dispositio sed baptismus est dispositio ad hoc sacramētum, ergo baptismus est prior. Ultra cum baptismus fuit institutus post passionem, ergo sacramentum altaris debuisset institui post passionem. Respondeo, quod hoc sacramētū, tota Ecclesiæ curia docente, in hac die

institui

In Feste corporis Christi.

institui debuit, & non ante, nec post: quàm plurimis & præsertim quatuor rationibus arcta, & mora, prima est ratione huius sacramenti necessariæ assignationis. Nam necessitas, quæ assignatur, quare hoc sacramentum institui debuit, est signum, quia ad perfectionem nostram exigebatur: ut scilicet caput nostrum Christus realiter conjungeretur, sed toto tempore præcedenti Christus sub propria specie nobiscum constitutus est: ergo non oportuit ante hoc sacramentum institui: sed tunc in illo tempore, quâdo corpus assumptum oblaturus erat. Eusebio attestate. Secunda ratio est, ratione legalis figurationis. Nam Christus, quâdiu fuit in mundo conuersatus, figuras legis obseruare voluit: factus sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret à peccato, secundum Apostolum, sed veniente veritate, & ymbra. Veniente luce ergo Christo recedente post mortem: quâdo figuræ legis terminandæ erant, debuit institui. Tertia ratio est ratione repræsentationis. Nam hoc sacramentum est repræsentans terminum Dominicæ passionis. Quarta ratio: ratione fortioris impressionis: quæ ultimo fuit,

magis memorie imprimuntur, & commē-
dantur: ergo ultimo post cœnam institui
debut discipulis Christo recessuro, & hæc
ratio tangitur in decretis: de consecratio-
ne distinctione secunda capitulo Liquido
ubi dicitur, quod in memoria & in expres-
sione passionis Christi est institutum. Re-
stat dicere & respondere ad rationem fa-
ctam: quod non est necessarium, eundem
esse ordinem institutionis sacramento-
rum, & perceptionis: & causa est, quia ad fi-
nem, qui nobis præstituitur ultimo perue-
nimus. Ideo Eucharistia quodammodo
est finis baptismi: quia per baptismum quis
consecratur ad Eucharistiæ perceptionem
sicut per ordinem ad eius perceptionem.
Hoc peractio redeamus, unde digressi su-
mus: quod si illi tres pueri à camino ignis li-
berati, in laudem Dei quoddam canticum
cecinere. (Bñdicite oīa opera dñi: & Zacha-
rias propheta aliud canticum. Et iustus Si-
meon aliud canticum & hymnum non
parua iocūditate cecinit: ob hoc q̄ verū re-
deptorē Iesū ī vlnis suis tenuit, hic d̄ cetero,
fact⁹ est vidēs & gaudēs ita dixit. Nuc dimit-
tis. & c. Et Ecclesia talia supradicta cantat

&

In festo Corporis Christi.

& præcipit canere, quâto magis istud sacramentum sacramentorum, quantum verbis possumus, exprimamus canendo & iubilando: per quod non modo tres pueri imò infiniti homines ab inferi igne liberantur, quod etiam non solum vnum illuminavit imò totum mundum, quod non solum in brachijs illum eundem Iesum recipimus, sed in peccatoribus tanquam in tabernaculo suo nobiscum cœnans, & gaudens, & istud est de quo David in persona Dei mandat, quod cantemus. Psal 95. Cantate domino canticum novum. &c. Cantate domino, & benedicite nomini eius, annunciate de die in diem salutare eius, idest, Christum contentum in hoc sacramento. Nam istud est novum in tempore, quia ante in nulla lege nec naturæ nec scripturæ novum in excellentia, quia nullum antea & post excellentius. Novum in consecratione, quia nunquam verbis similibus aliquod sacramentum fuit consecratum, nec veteris nec novæ legis. Novum in sumptione, quia in alijs quod sumitur masticator, frangitur, decoquitur, digeritur. Ibi semper assumptus reater integer, & absque vlla mutatione aug-

menti,

menti, nec decrementi. Quamobrem Ecclesia militans absque vlla ruga propter tantum sacramentum saluberrimum omnibus, priuatim publicèq; lætatur verbis in coelum eleuatis non parua armonia cantat, & præcipit canere iuxta dictum sponsi scilicet Christi. Exemplum do vobis vt quemadmodum ego facio, ita & vos faciatis, vt patet in expositione literæ. Ad quam veniamus sic dicendo. O lingua militiæ Christianæ, non perfidiæ Iudæorum, non porci Mahometi, suorumque complicum, pange, id est, cane, vel tanquam turba exalta vocem laudando: & quia dicitur mysterium, id est, diuinum secretum vel diuinum absconditum, ex eo quod aliud creditur, vel intelligitur, gloriosi corporis, scilicet Iesu Christi iam gloriosi & immortalis & impassibilis. Et pange, mysterium supple, sanguinisque pretiosi, quia lauit nos in sanguine suo, quem scilicet sanguinem pretiosum ille, Rex gentium. i. gentilium & omnium gentium quia eum Iudæi abdicarunt, & negarunt esse Regem quem Pilatus gentilis in persona omnium gentium cognouit esse regem Iudæorum dicens: Regem vestrum crucifigam: effudit. i. spar-

In festo Corporis Christi.

ut pro peccatoribus & peccato primi parentis, in mundi pretium. i. in satisfactionē qui cum sit finitus, infinitum non valebat solvere, Rex dico supple, fructus ventris generosi. i. filius intemeratæ virginis, & pōt intelligi vna figura Grammaticalis secundum quam permittitur poni pars pro toto, vel etiam fructus ventris generosi, idest proles quæ ex vtraque parte essentiali scilicet corporis & animæ ex prosapia regia est procedens. Nam est filius David, qui rex excellēs in veteri testamento fertur, & hoc secundū carnem &, cum parenthesi debet legi: vt patet bene intuenti,

Nobis natus: nobis datus, ex intacta virgine Et in mundo conuersatus, Sparso verbi semine: Sui moras colatus, Miro clausit ordine.

Et iste namq; rex, nobis datus, est supple à Deo patre, nobis natus, idest, propter angelos: vt nos redimeret, vt liberaret à peccato: & nos glorificaret, & hoc ex intacta virgine, idest non corrupta: non solum corpore: verū etiā mente & animo, quia voto se Deo obtulit sponsam, & in mundo conuersatus

conuersatus. S. in terra sancta: qui medium mundi dicitur cū doctoribus legis disputa-
uit: & cū alijs dū prædicabat, & miracula in-
numerabilia faciebat, vt cōpleretur quod
dixit Abacuch. Et in terris visus, & cum ho-
minib⁹ cōuersatus est: & etiā cōuersatus est
in mundo, sparso verbi semine, idest mediā
te semine diffuso verbi domini: dum præ-
dicabat per partes illas iuxta illud. Semen
est verbum Dei: quia inde nascitur fructus
gratiæ per conuersationem ab eo: fructus
saluationis per veram obseruantiam & cu-
stodiam illius verbi diuini: iuxta illud. Bea-
ti qui audiunt verbum Dei: & custodiunt
illud: & sequitur sui moras incolatus, idest,
tarditates & dilationes sui incolatus, idest
exilij à sua patria, vnde exiit, & peregrina-
tionis per triginta tres annos, clausit, idest,
cōclausit, & complenit, & perfecit, miro or-
dine. i. nouo, ideo miro quia nouo. Nā per
prius voluit ministrare, quā ministrari pri⁹
voluit facere quam docere: & post do-
cere operando: & voluit per prius mi-
racula facere, vt ostenderet se verum Deū:
quod non docuit vsque ad etatem triginta
annorū. Voluit pati, vt nos patiamur ppter

In festo Corporis Christi.

ipsum: ut pote voluit oēs derisiones p̄ prius
pati, ut nos quascunq; illatas contumelias
sine murmuratione pateremur, voluit pro
nobis mori, ut nos propter ipsum parati si-
mus mori. Ultimate antequam illā imma-
nissimam mortem suscepit, disposuit medi-
camentum sufficientissimum ad surgēdum ab
infirmirate ad sanitatem: & à morte pecca-
ti ad vitam animæ, ut non oporteret iterū
crucifigi: ut rursus à peccato liberarentur
homines, quib⁹ dispositis, pie, & misericor-
diter ordinatis finiuit peregrinationem ad
patrem, vnde exiuit per temporalem gene-
rationem reuertendo: cum quo semper est
idē quantum ad diuinitatem.

*esse non vult
ma
Es de aposto
le
de mīa bon
mīer*
In supremæ nocte cœnæ, Recumbēs
cum fratribus, Observata lege plenè,
Cibus in legalibus, Cibum turbæ duo
denæ, Sedat suis manibus.

Et sequit̄, deuote Christiane, cupis, scire,
quæ in tpe ordinauit, tāta medicamina tātū
subsidiū p̄ his, q̄ i lucta demonū cadūt, hoc
fuit, qñ ille sūmus rex regū dñs dñantiū fuit
recūbēs. i. sedēs cū fratrib⁹. i. discipulis suis,
qui iā non serui, sed amici, & fratres erant,
quia

quia ab vno, & eodem auro per creationē,
quia sub vno iugo amoris, quia sub morta-
litate tunc vna oēs erant, & hoc supple, in
nocte, illa die Iouis, supremę cœnę, idest vl-
time in corpore mortali supple, & observa-
ta lege plene, &c. idest postquā legem Moy-
si perfectē & complete observauit, quia co-
medit agnum paschalem more legis. Nam
non veni solvere legem, sed adimplere, vt
sæpe dixit, taliter quod tunc & nunc sup-
ple, dat se, idest porrigit corpus suum, cibū
idest in cibum animæ, & angelorum turbe
duodenæ, idest toti congregationi duode-
cim Apostolorum, supple, vt augetur
gratia, & fortitudo ad resistendum indaga-
tioni Iudæorum, corpus suum dat supple,
suis manibus non medio alicuius ministri.
Dando ad intelligendum, adhuc non esse
datam & concessam potestatem ministran-
di, & conficiendi alijs tantum sacramen-
tum.

ante
Verbum caro panem verum, Verbo
carnem efficit; *adde* *ingres.* Etque sanguis Christi *deus*
efficit *efficit* *efficit* merum, Et si sensus deficit: Ad firman-
dum cor sincerum, Sola fides sufficit.

Hymnus.

Et sequitur. Nam postquam ultimā
coena accepit panem in sanctas, ac vene-
rabiles manus, verbum caro, idest homo
vel Christus, panem verum, quem in ma-
nus suas suscepit, supple, efficit, idest con-
uertit, carnem; idest, in suum corpus, iuxta
illud. Panē quem ego dabo, caro in ea est
pro mundi vita: & hoc supple, verbo, idest,
in virtute verborum suorum. Hoc est cor-
pus meum, que pro & merum, & vinum vi-
tis supple, fit sanguis Christi, idest, verbis
consecrationis conuertitur in verum san-
guinē Christi, & si sensus supple, tactus tan-
gendo, deficit, & sensus visus videndo de-
cipitur accidentia quæ libet tantum sen-
tiens, at tamen supple, ad firmandum. i. ad
saluandū cor sincerū, supple nō fractū con-
ragione infidelitatis, non fractū duritia &
pertinacia peccati, non fractum malicia Iu-
dæorū, sola fides sufficit. i. solus assensus vo-
luntatis ab intelligētia, & sensu auditis pro-
cedēs iuxta illud. Fides nō habet meritū, v-
bi humana ratio præbet experimentum.
Tantum ergo sacramentum, Veneremur
cernui, Et antiquum documen-
tum

tum Nouo cedat ritui: Præstet fides supplementum, Sensuum defectui.

Et sequitur post virtuosus est honorandus, Ethicorum tertio, quanto magis vas omnium virtutum. Ideo tantum ergo sacramentum, idest tam maximam rem secretam, & ineffabilem omnium virtutum plenam: veneremur, nos cernui, idest humiles & mansueti cum reuerentia, & genuflexione: & honore latriæ tanquam ad Deum & antiquum documentum supple doctrina legalis de agno paschali, se det, idest, det locum, nouo generi cibi, vel doctrina legalis tanquam ymbra, & quasi imperfectum, cedat, idest, cessat dando locum, supple nouo ritui, idest soli figurato & perfectissimo iuxta illud. Quando venerit quod perfectum est, cessabit, quod ex parte, sicut adueniente luce cedit ymbra, præstet fides supplementum, vt rite & bene veneremur, quod non videmus, &c. fides idest, illa notitia enigmatica tanquam per speculum præstet. i. exhibeat, & ordinet supplementum & sic vice fungens sensuum defectui, supple virtuti limitate sensuum exteriorum, qui

In festo Corporis Christi.

circa tale obiectū sunt deficientes, & fallunt;
Genitori, genitoq; Laus, & iubilatio,
Salus, honor, virtus quoque, Sit & be-
nedictio, Procedenti ab utroque, Cō-
par fit laudatio. Amen.

Ideo propter infinitum bonum nobis
collatū à sanctissima Trinitate, laus fit geni-
tori. i. patri, & genito. i. fillo sit eadē, laus &
iubilatio, quod est gaudiū, quod verbis ex-
plicari non potest, & salus similiter, quæ ab
utroq; nobis evenit, & procedit, & non ex
nobis. Similiter honor & reuerentia latria:
similiter virtus, quæ anthonomatie chari-
tas dici potest, & quæ oēs virtutes compre-
hendit, quia redempti sumus, & quoq; .i. si-
milis benedictio fit attribuenda predictis,
iuxta illud. Benedictionem à domino, qui
fecit coelum & terram, q; pro & laudatio
compar, tota predicta supple, idest simul &
qualis sit Spiritui sancto, supple, proceden-
ti, per æternalem processionem passiuam,
ab utroque, idest patre & filio. Iuxta deter-
minationem Ecclesię. Amen, idest, sine fi-
ne in perpetuū. Expositor submittit se de-
terminationi, & consilio Ecclesię militantis.

Vt

VT queāt laxis resonare fibris, Mi-
ra gestorum famuli tuorum, Sol-
ue polluti labij reatū, sancte Ioannes.

hymnus iste vitam, & mores, habitum,
& conuersationem sancti Ioannis Bap-
tistæ describit, orans, & persuadens, vt eius
consuetudinem imitemur, vt ad eius beati-
tudinem peruenire mereamur. O, sancte
Ioannes, solue. i. reatum labij. i. oris: pollu-
ti. i. inquinati, vt (famuli tui queant). i. pos-
sint (resonare mira) idest miracula, gesto-
rum tuorum, fibris. i. venis, laxis. i. resolutis
vel vocibus apertis.

Nuncius celso veniens olimpo, Te pa-
tri magnum fore nasciturum, Nomē
& vitæ seriem gerendæ, Ordine
promit.

Nuncius celso veniens olimpo. i. de cœ-
lo scilicet angelus Gabriel veniēs olimpo,
promit. i. nunciat, te fore magnum nascitu-
rum patri tuo, Zachariæ &, nomen tuum
similiter promit, quia dixit Ioannes voce-
tur & promit, seriem, idest ordinem, vitæ
gerendæ, dicens Vinum, & sicerā nō bibet,

Carmē est
saphicum
adonicū
Canitur
in festo
Natalitij
sancti Ioā-
nis Bap-
tista.

ordine. i. secundum ordinem, quē gessit.

Ille promissi dubius superni, Perdidit
promptē modulos loquelæ: Sed refor-
masti genitus perēptæ Organa vocis.

Ille. s. Zacharias, dubius. idest incredulus,
promissi superni. i. cœlestis promissionis:
perdidit promptē modulos loquelæ. i. mo-
dum locutionis. Ambrosius dixit, quod Za-
charias vocem amiserat in consonanti-
bus: qui eas formare non poterat, sed tu
reformasti, o sancte Ioannes genitus, idest
natus, organa vocis peremptæ, idest extia-
ctæ vocis.

Ventris obstruso positus cubili, Sen-
feras regem thalamo manentē, Hinc
parens nati meritis vterque, Abdita
pandit.

Et tu positus. i. recūbens cubile. i. ventre
matris tuæ, obstruso idest clauso: senferas
regem, idest Christum, manentem, idest ia-
centem, thalamo, idest ventre Mariæ, hinc,
idest, ex hoc quod tu nouisti Christum, o
Ioannes, parens vterque scilicet Zacharias
& Elizabeth, pandit abdita, idest propheta
uerunt

uerunt abscondita. Pater dixit: Benedictus dominus Deus Israel, & hoc non suis meritis, sed meritis, idest propter merita, nati, idest filij scilicet Ioannis. Mater autem dixit. Vnde venit mihi, quod mater domini mei veniat ad me?

Antra deserti teneris sub annis, Ciuium turmas fugiens, petisti, Ne leui saltem maculare vitam: Famine posses.

O sancte Ioannes tu, fugiens turmas, idest turbas ciuium, petisti antra, idest obscuram speluncam, deserti: sub teneris annis, idest in ætate duodecim annorum, ne posses maculare vitam, sanctam, fame, idest verbo otioso. Otiosum est verbum, quod aut utilitatis rectitudini, aut iustæ rationis necessitate caret, fame, dico, saltem leui, idest sine bono fructu.

Præbuit hirtum tegumen camelus,
Artubus sacris strophium bidentes,
Cui latex haustum, sociata pastū, Mel-
la locustis.

Camellus præbuit hirtum tegumē. i. aspe-
rum

Hymnus.

rum vestimentū, sacris artubus: bidentes. i. oves præbuerunt, strophium. i. cingulum, cui. s. Ioanni, latex. i. aqua: præbuit haustū, & cui, mella, præbuerunt, haustum mella dico sociata locustis. i. volatilibus.

Cæteri tantum cecinere vatum corde præfago iubar affuturum, Tu quidē mūdi scelus auferentē Indice prodis.

Cæteri vatum. i. alij Prophetæ, cecinere. i. prophetauerunt, tantum. i. tantum modo, corde præfago. i. prouido, iubar esse affuturum. i. Christum venturum, sed tu discretus es ab alijs prophetis, dicens: Ecce agnus Dei. &c. procedis. i. ostendis: Christum supple, auferentem scelus mundi. i. peccatum, indice. i. cum digito, dicens: Ecce agnus Dei. &c.

Non fuit vasti spacium per orbis Sanctior quisquam genitus Ioanne, Qui nefas secli meruit lauante, Tingere limphis.

Quisquam) homo, genitus non fuit sanctior Ioanne, per spacium vasti orbis. i. amplius mūdi. Vnde Veritas ait: Inter natos mulierum,

lierum. & c. s. corruptarum mulierū. Quidam opponunt de Christo, sed non valet: quia de virgine natus est, qui Ioannes, meruit tingere. s. baptizare, limphis. i. aquis Iordanis, lauante. i. Christum purgantē, nefas. id est peccatū, sæcli. i. sæculi: & est ibi sincopa.

O Nimis foelix, meritique celsi: Ne sciens labem niuei pudoris, Præpotens martyr heremique cultor, Maxime vatū.

Et quoniam meruisti Christum tingere limphis, Tu dico, O nimis foelix celsi meriti, nesciens. i. ignorans, labem. i. sordem, niuei pudoris. i. pulchræ castitatis, martyr. i. testis. præpotens, quia dixisti: Ecce agnus Dei. & c. vel martyr. i. decollatus, & cultor. i. habitator, heremi. i. loci solitarij: tu dico maxime vatū, quia propheta, & plusquā propheta.

Serta terdenis alios coronant Aucta clemētis duplicata quosdā: Trina cetero cumulata fructu Te sacer ornāt.

Tres

Hymnus.

Tres ordines hic notatur: s. tricesimus, sexagesimus, centesimus, in quibus continentur omnium hominum ordines. s. continentes, coniugati, & virgines, qui & designantur per tres viros, scilicet per Noe, per Danielē, & per Iob: per Noe cōiugati, per Iob continentes, per Daniele m virgines designantur: Vnde in Euangelio: Alij sunt in lecto, alij in villa, alij in agro. Hoc translātū est de Euangelio: ubi dicitur de femine iactō in terram. Aliud sexagesimum, aliud tricesimum fructum attulit: ideo dicitur hic sēta terdenis, Sēta, id est coronæ, terdenis id est triginta coronant alios, s. coniugatos, qui habent secum fidem Trinitatis, & adhærentes decem præceptis legis: & alia sēta aucta, id est augmentata: & duplicata clementis, id est ad duplum crescētia, scilicet in sexagesimum fructum coronant quosdam, scilicet continentes, qui vixerunt in charitate, & habent sex opera misericordiæ, & castitatis, vel charitatis: vt pacere ieiunos, vestire nudos. &c. & trina, id est tria, certa cumulata, id est aggregata ex ter triginta, aucta per additionem denarij, scilicet per decem, coronat

te, o sancte Ioannes, qui es virgo, centeno fructu, quia centesimus fructus coronat. i. ornat virgines: & vt breuius exponamus, a tricesimo fructu vel ordine coniugati, a sexagesimo continentes, a centesimo virgines post dissolutionem corporis, & animæ coronantur in æterna beatitudine. Et nota, quod tricesimus numerus surgit a ternario, & denario: quia coniugati habent fidem sanctæ Trinitatis, & adherent decem præceptis legis. Sexagesimus numerus a senario, & denario surgit, quia continentes habent sex opera misericordiæ, & charitatis, scilicet pascere ieiunos. &c. Virgines in centesimo ordine ponuntur, & significant perfectionem: quia centenarius numerus surgit a trino tricesimo: & denario. i. decem super addito: & ita sunt centum: per centum numerus perfectus intelligitur: & hoc ordine fuit beatus Ioannes non absurde, imo apte secundum loquellam digitorum. Per tricesimum numerum coniugatorum, & per sexagesimum continentiū, per centesimum virginū merces accipitur. Periti enim prima computatione articulorum, quam appellant loquelā digitorū in sinistra manu, per quam

In festo S. Ioan. Baptiste.

quam vita temporalis intelligitur vsque in nonaginta nouem solebant computare. Centum autem & deinde in dextera parte, per quam coelestis vita designatur. Vnde de quodam centenario habemus in quodam libro sic. Iam dextera computat annos. In hoc loco facit auctor numerum suum per quinque digitos manus, scilicet per pollicem per indicem, per medium, medicum & auricularium. Auricularis in palam appositus significat unitatem, medicus cum ipso positus duo significat, medius cum ipsis positus scilicet in medio tria, deinde auricularis erectus medico & medio iacentibus, quatuor significat, medicus cum illo erectus medio iacentem in palma quinque designat, medius cum illis erectus sex significat. Item auricularis in palma extensus, septem significat, medicus eodem modo positus in palma, octo significat: medius simili modo positus nouem significat. Index qui vsque huc nil fecit praedicto modo positus decem significat amplexu pollicis adiunctus, triginta significat, per quem numerum satis congrue accipitur merces coniugatorum propter illorum molem amplexum, & vi-

tae dilectionem & concordiam. Pollex si quidem cum indice firmiter astrictus sexaginta significat per quem numerum satis competenter accipitur merces continentium. Graue enim est ab amplexu & voluptuosa delectatione & consuetudine abstinere. Vnde scriptum est: Nil consuetudine maius. In dextera dicitur centum, per quem numerum, quia fit in dextera parte, vita coelestis intelligitur. Non immerito accipitur merces virginum, quia in hac vitam mundam & immaculatam vitam ducentes coelestem, & angelicam, in quantum possunt, ducunt.

Hinc potens nostri meritis opimis,
Pectoris duros lapides repelle, Asperum
planans iter, & reflexos Dirige
calles.

Et quia tu talis es, o sancte Ioannes, potens repelle, idest remoue hinc, idest inde duros lapides, idest incredulitates nostri pectoris meritis opimis, idest fertilibus, & magis foecundis planans iter asperum, idest petrosum, Dirige, calles, reflexos, idest curuos in peccatis, & tortuosos.

O Vt

Vt pius mundi sator & redemptor,
Mētibus pulsa liuione puris, Rite dig-
netur veniēs sacratos, Ponere gressus.

Vt pius sator, & dicitur à sero seris, idest
creator, mundi, & redemptor mentibus pu-
ris pulsa liuione, idest liuore abiecto, & ve-
nenosa sorde vitiorum, veniens dignetur
ponere gressus sacratos, idest sancta itinera
rite, idest sine offensione.

Laudibus ciues celebrant superni Te
Deus simplex pariterque trine, Sup-
plices & nos veniam precamur. Parce
redemptis. Amen.

Superni ciues, idest cęlestes angeli: cele-
brant te laudibus: ô Deus simplex, scilicet
in substantia, & trine, scilicet in personis, pa-
riter nos supplices, idest humiles, precamur
veniam, idest indulgentiam, parce redem-
ptis, idest dimitte nobis redemptis peccata
nostra: quia redemisti nos sanguine tuo
proprio, Amen, idest sine fine.

Carmē est
diametrū
iā bicū ca-

Foelix per omnes festū mundi car-
dines, Apostolorum præpollet a-
lacriter

lacriter, Petri beati Pauli sacratissimi, cometrū.
Canitur
in festis
Apostolo-
rum Pe-
tri & Pa-
li.
Quos Christus almo consecrauit san-
guine, Ecclesiarū deputauit principes.

Sic laudat autor Deum in commemo-
ratione Petri & Pauli, qui deputauit illos
esse principes Ecclesiæ: & potestatem dedit
illis ligandi, atque soluendi vincula pecca-
torum. Vnde rogamus eos, vt reddant nos
deuotos fide & spe robustos, & repletos
fonte geminæ charitatis impetrare ab eis vi-
uere post mortem, Apostolorum festum
foelix, idest beatum vel lætum, præpollet a-
lacriter, idest iocose, præ alijs splendet, per
omnes cardines, idest, per omnes partes,
mundi Apostolorum dico scilicet, beati
Petri & Pauli sacratissimi, quos Apostolos
Christus consecrauit almo sanguine: & de-
putauit, idest constituit eos esse principes
Ecclesiarum.

Hi sunt oliuæ duæ coram domino,
Et candelabra luce radiantia, Præ-
clari cœli duo luminaria, Fortia sol-
uunt peccatorum vincula, portas o-
limpi referant fidelibus.

In festis Apostolorum

Hi sunt duæ oliuæ, & duæ arbores fructuosæ, & redolentes: & sunt candelabra luce radiantia coram domino, scilicet lumine virtutum. Quia dominus nō posuit eos sub modio absconditos: sed super candelabra, idest in maiori claritate, scilicet Romana ciuitate, & duo præclara luminaria cœli: & soluunt, idest rumpunt, fortia vincula peccatorum: & reserant, isti duo, idest aperiant, portas olimpi, idest cœli, fidelibus, idest Christianis.

Habent supernas potestatem claudere, Sermone sedes pandere splendētia
Limina poli super alta sidera, Lingue eorum clauēs cœli factæ sunt, Laruas repellunt vltra mundi limitem.

Et ipsi scilicet Petrus & Paulus, habent potestatem claudere supernas sedes, idest, cœlestes: habent potestatem claudere, sermone, idest solo verbo: sicut clausit Ananix, & Saphiræ, cum dixit Petrus: Pecunia tua tecum sit, idest peccata tecū sint, in perditionem, & pandere. i. aperire splendētia
limina poli: linguæ eorum clauēs cœli factæ

Etæ sunt: super alta sydera, idest super omnes doctores Ecclesiarum, & repellunt larvas. i. culturas idolatriæ. Larua quoddam monstrum est. & in vultu hominis est: vt pauorem inferat per quas phantasias nocturnas intelligimus peccata, quæ Apostoli repellunt ab eis qui eos sequuntur, ultra limitem mundi, idest extra Ecclesiam. Nota, quòd aliud est latria, & idolatria, quia latria est summæ veneratiõis cultus soli Deo adhibendus. Vel latria est voluntaria professio diuinæ maiestatis. Idolatria vero est cultus Deo debitus: creaturæ exhibitus. Et hæc differentia solet assignari inter latriam, & idolatriam: dulia & hiperdulia: De latria & idolatria: quid sint, dictum est. Dulia vero est honor, qui debetur in sanctis. Vnde de beata Virgine sciendum, quòd in quantum est persona sancta, ei debetur dulia, sed in quantum est mater Dei, debetur ei hiperdulia, idest magna excellentia: quia hiperdulia debetur excellenti, sicut est caro Christi beata virgo, crux Christi, quia fuit instrumentum nostræ redemptionis, concordat cum dicentibus, quod est dulia maior & minor. De latria, & dulia, & differentijs

In festis Apostolorum.

gentijs habetur in capi. Venerabiles imagines de conse. distin. quarta, in glosa. Ibi ponitur. Item nota, quod idolum aliquando dicitur coniunctū ex imagine dæmone presente: & ita sumitur prima Corinth, 8. vbi dicitur: & idolum nihil est. Hactenus commendavit autor vtrunque, scilicet Petrum & Paulum: modo vult tantummodo Petrum commendare.

Petrus beat⁹ cathenarū laqueos, Christo iubēte, rupit mirabiliter, Custos ouilis, & doctor Ecclesiæ. Pastorq; gregis cōseruator ouium, Arcet luporū truculentam rabiem.

Beatus Petr⁹ rupit laqueos cathenarum, quia ceciderūt cathenæ de manibus eius p̄ angelū nūciatē, mirabiliter. i. fortiter X̄po iubēte, & ipse, custos ouilis: doctor fidelis, Ecclesiæ, & pastor gregis X̄piani, & cōseruator ouium fideiū, arcet, idest repellit, truculē t̄a. i. crudelē, rabiē. i. seuitiā, luporū. i. demonum: vel hæreticorum.

Quodcunq; vinclis super terrā strinxerit, Erit in astris religatum fortiter,

Et

Et quod soluerit in terris arbitrio, E-
rit solutum super cœli radium, In fine
mundi iudex sæculi.

Quodcunque vinculis, idest sententijs, strin-
xerit, idest ligauerit, & constringet, erit liga-
tum in astris, idest in cœlis, & quod solue-
rit in terris arbitrio, idest, iudicio suo, erit
solutum super radiū solis, vel cœli: & erit iu-
dex sæculi in finem mundi.

Non impar Paulus huic doctor gen-
tium, Electionis templum sacratissi-
mum, In morte compar, in corona par-
ticeps, Ambo lucernę, & decus Eccle-
się, In orbe claro coruscat vibramine.

Petrus erat talis, qualis superius ostendi-
tur: sed Paulus non impar huic, scilicet Pe-
tro æqualis, doctor gentium: & sacratissi-
mum templum, idest vas electionis: & in
morte, idest in passione cõpar, idest æqua-
lis huic, & in corona particeps, concors, am-
bo, illi lucernę sunt, & decus, idest honor
Ecclesię coruscat claro vibramine, idest
magno splendore, in orbe, idest mundo.

O Roma foelix, quæ tantorum principum Es purpurata prætioso sanguine: Excedis omnem mundi pulchritudinem, Non laude tua, sed sanctorum meritis. Quos cruentatis iugulasti gladijs.

O Roma foelix, idest beata, quæ purpurata, idest decorata: prætioso sanguine horum, qui passi sunt tantorum principum, idest tam magnorum scilicet Petri & Pauli, excedis, idest superas, omnem pulchritudinem mundi, non tua laude, sed meritis sanctorum, idest, propter sanctos, quos iugulasti, idest interfecisti, gladijs cruentatis, idest sanguinolentis: quia in te occisi sunt.

Vos ergo sancti gloriosi martyres, Petre beate Paule mundi liliu, Cœlestis aulae triumphales milites, Precibus almīs vestris nos ab omnibus Munitē malis, ferte super æthera.

Et quia habetis potestatem ligandi, atq; soluendi, ergo, ô Martyres gloriosi, scilicet Petre & Paule, liliu, idest ornamentu, vel flos mundi & milites cœlestis aulae triumphae.

triumphales. i. victoriosi, munite. i. defendite nos ab omnibus malis vestris almis precibus, & ferte nos super æthera. i. usque ad æthereum cœlum,

Gloria Deo per immensa sæcula, Sit tibi nate decus & imperium, Honor potestas, sanctoque spiritui, Sit Trinitati salus indiuidua, Per infinita sæculorum sæcula. Amen.

Gloria sit Deo patri per immensa sæcula) idest per immutabilia sæcula, & o tu (nate) idest fili Dei viui, decus & imperium qui imperas cœlo, & terræ, & mari (sit tibi honor & potestas: & Spiritui Sancto indiuidua). i. inseparabilis, sal^o Trinitate quæ Trinitas vnus Deus est: salus omnium gentiũ, per infinita sæcula sæculorum. Amen.

A Vrea luce & decore roseo, Lux lucis omne perfudisti sæculum, Decorans cœlos inclyto martyrio, Hac facta die, quæ dat reis veniam.

O (lux lucis) idest filius patris perfudisti omne sæculum, idest replesti (aurea luce)

O s

idest

Hymnus.

idest prædicatione apostolorū. Lumina aurea dicti sunt apostoli sapientiæ proferentia splendore & bonitatis, & bonæ vitæ, quibus nos illuminant (& decore roseo. i. martyrio, in dico (decorans cælos. i. cœlestes creaturas (in clyto martyrio). idest nobili passione hac sacra die (scilicet in hac festiuitate (quæ) dies (dat veniam) idest, indulgentiam (reis). i. peccatoribus.

Ianitor cœli, doctor orbis pariter, Iudices sæculi vera mundi lumina, Per Crucem alter, alter ense triumphans, Vitæ senatum laureati possident.

Ianitor cœli. i. Petrus ostiarius, doctor orbis. i. prædicator mundi. s. Paulus, pariter. i. simul sunt, iudices, & sunt, vera lumina mundi: alter. i. Petrus, triumphans. i. vincens, per Crucem: alter, idest alius, scilicet Paulus, triumphans ense: laureati. i. coronati, possident senatum. i. principatum, vitæ æternæ.

Iam bone pastor Petre clemens, accipe Vota precantum, & peccati vincula, Resolue tibi potestate tradita, Qua
cunctis,

cunctis cœlum verbo claudis, aperis.

Apostrophem facit ad Petrum, sic dicēs.
O, Petre bone pastor clemēs, accipe iā vota precantum, i. preces, & resolve vincula peccati: potestate tibi tradita, a Christo, qua potestate claudis, & aperis cœlum. i. paradisum, cunctis verbo. i. sermone.

DOctor ecclesiæ Paule mores instrue, Et mente polū nos trāsferre satage, Donec perfectū largiatur plenius, Euacuato q̄ ex parte gerim⁹.

O, Paule doctor egregie instrue. i. compone nostros, mores: & satage i. labora trāsferre nos mente polū. i. cœlestia mente cogitare: & quæ in cœlis tota mente desiderare, donec. i. quousque perfectum, in vtraque parte. s. anima, & corpore, largiatur, idest tribuatur nobis in futuro, plenius i. Deus largiatur, illo euacuato, idest penitus dimisso, scilicet mortalitate, quod gerimus ex parte, idest, in hoc mortali corpore, quasi in aliam partem hominis, idest in futuro gloriabatur homo pleni⁹ & perfectius data sibi immortalitate

vtriusque,

In festo Pentecostes.

utriusque partis. s. corporis & animæ.
Oliuæ binæ pietatis vnice, Fide deuot
tos, spe robustos maxime, Fonte re
pletos charitatis geminæ, Post mortē
carnis impetrate viuere.

O binæ oliuæ. i. duo oliuæ, pietatis vni
cæ. i. in diuisæ vel vnus amotis, impetrate.
i. postulate a Deo: nos, viuere deuotos fi
de, & robustos. i. firmos, spe maxime reple
tos fonte geminæ charitatis, scilicet dile
ctionis Dei & proximi, impetrate viuere
inquam dico post mortem carnis, & sepa
rationem corporis & animæ.

Sit trinitati sempiterna gloria, Ho
nor, potestas atque iubilatio, In vnita
te, cui manet imperiū, Ex tunc & mo
do per æterna sæcula. Amen.

Sempiterna gloria. i. æterna gloria sit tri
nitati, in tribus personis: & honor, sit eis, at
que iubilatio. i. laudatio sit ei trinitati, in
vnitate. s. in vno Deo, cui, trinitati, quæ est
vnus Deus, manet imperium: & ex tunc. i.
ab exordio mundi, & modo in præsentī,

per

per æterna secula. i. p omnia sequētia. Amē

Tibi Christe splendor patris, Vita
virtus cordium, In conspectu an-
gelorum, Votis voce psallimus, Al-
ternantes concrepando, Melos da-
mus vocibus.

Carmē est
diametrū
i ābicū ca-
cometrū.
Canitur
in festo
sanctorū
angelorū.

In hoc hymno intendit auctor laudare do-
minum: intendit etiam in commemora-
tione sancti Michaelis gratiam vel amorē
ipsius Archangeli collaudare omnes ange-
los, sed maxime Michaelē: qui est princeps
militiæ cœlestis. Rogat itaque, & precatur,
vt omnes Angeli nobis assistant, & dæmo-
nes a nobis repellant, & mundos corde &
corpore nos reddāt. O, Christe, qui es splē-
dor patris, vita & virtus cordium, quia si-
cut viuit corpus per animam, ita viuit ani-
ma per Christum, psallimus tibi in conspe-
ctu angelorum votis, ac precibus vel cor-
de, ore & voce: & damus melos, i. melo-
dias vocibus nostris concrepando. i. reso-
nando alternantes. i. vocibus alternatis
decantantes.

Collaudemus venerātes, Omnes cœ-
li

li milites, Sed præcipue primatè Cœlestis exercitus, Michaellem, in virtute Conterentem Zabulon.

Nos collaudemus venerantes omnes cœli milites. i. Angelos cœli præcipue primatem cœlestis exercitus, scilicet Michaellem conterentem Zabulon. i. diabolum, in virtute crucis. Michael interpretatur, quis est vt Deus, quasi dicat. quis est ita fortis vt Deus non sit, qui creauit nos ad laudandū se. Per hoc nomen Michael ostenditur, quod nullus potest facere, quæ Deus facit.

Quo custode procul pelle, Rex Christe pijsime, Omne nefas inimici, Mūdo corde, & corpore Paradiso redde tuo, Nos sola clementia.

Quo custode. s. Michael. o Christe pijsime. i. fortissime, procul pelle. i. abiice lōge, omne nefas. i. omne peccatum, inimici diaboli, & redde nos sola, vel sancta, clementia, tuo paradiso. i. in requiem. nos dico mundo factos corde, & corpore. i. tam in corde quam in corpore.

Gloriam

Gloriam patri melodis, Personemus
vocibus, Gloriam Christo canamus,
Gloriam paraclyto, Qui Deus trinus,
& vnus, Extat ante sæcula. Amen.

Ex quo cūstode. s. Michael Christus ex-
pellat a nobis omne nefas inimici, & faciat
nos mundo corde, & corpore: ideo perso-
nemus gloriã patri vocibus melodis. i. dul-
cedinis vel dulcibus melodijs, & canamus
gloriam Christo, eius filio, & canamus si-
militer eadem qualitate, gloriam. i. laudẽ
Dei, & honorem paraclyto. i. Spiritui Sã-
cto, qui extat. i. manet Deus trinus in per-
sonis, & vnus in vnitae substantiæ, ante sæ-
cula. i. ante omnia sæcula. Amen.

CHriste sanctorum decus angelo-
rum, Receptor humani generis &
auctor, Nobis æternum tribue benignus
scandere cœlum.

Carmẽ est
saphicum
mixtũ a-
donicoCa-
nitur in
festo ange-

O Chrise sanctorum decus angelorũ,
sanctorũ dico ad differentiã malorum. Et
nota, quod auctor facit hic inuocationem
ad oēs, & singulos bonos angelos, receptor
humani generis, & auctor tu benignus tri-

lorum.

buc

In festis Angelorum.

bue nobis scandere. i. ascendere, coelum i. regnum æternum.

Angelum pacis Michael ad istã, Cœlitus mitte rogitamus aulam, Nobis vt crebro veniente crescant, Prospera cuncta.

Rogitemus, mitte coelitus. i. dirige, ad istam aulam. i. ecclesiam, Michaelem angelum pacis, qui nos placet Deo. Quotiens magna nunciantur a Deo, Michael mittitur, quando vero maiora: Gabriel mittitur vt Mariæ, Zacharię: ad medelam Raphael mittitur: vt Thobię. Ad hoc ergo mitti: vt cuncta prospera crescãt, veniente, Michaelle archangelo Dei, crebro. i. frequenter.

Angelus fortis Gabriel vt hoste, Pellat antiquum, volitet ab alto, Sæpius templum veniens in istud, Nostri misertus.

Gabriel interpretatur fortis angelus. i. fortitudo Dei, per quod intelligitur, quod fortis fuit & potens ad defendendũ fortitudinem diaboli per virtutem sanctę Crucis: & Gabriel fortis Angelus volitet, idest, **voler,**

volet, ab alto cœlo, vt pellet antiquum hostem, idest diabolum, Gabriel dico veniens sæpius in istud Templum, idest Ecclesiam, misertus nostri.

Angelum nobis medicũ salutis Mitte de cœlis Raphael, vt omnes Sanet ægrotos, Pariterque nostros, Dirigat actus.

Christe, mitte nobis angelum Raphaelẽ medicum salutis nostræ. Raphael interpretratur medicina Dei, & signat Christum, qui tulit nobis de cœlis medicinam, cuius gratia mundati sumus ab omni peccato, & liberati ab hoste antiquo, vt sanet, idest curet nos, omnes ægrotos, in mēte, & dirigat actus nostros, idest nostras operationes prauas ad bonam operationem.

Hinc Dei nostri genitrix Maria, Totus & nobis chorus angelorum, Semper assistat, simul & beata Cõcio tota.

Et quia facimus inuocationem angelorũ, Maria genitrix Dei nostri, & totus chorus angelorum assistat semper, idest omni tempore, nobis, omnibus, & tota concio

P beata

Hymnus.

beata, idest exercitus angelorum, nobis assistat simul, vt isti intercedant pro nobis.

Præstet hoc nobis deitas beata, Patris ac nati pariterq; sancti Spiritus, cuius reboat in omni gloria mundo. Amē:

Beata deitas, scilicet patris, ac nati, idest filij, & Spiritus sancti: præstet, idest tribuat nobis, pariter, hoc quod prædictum est, gloria, cuius spiritus reboat, idest, personat, in omni mundo. Amen.

Carmē est
dimetrū
iambicū
Canitur
in festo
omnium
sanctorū.

Christe redēptor omniū, Cōserua
tuos famulos. Beatæ semper vir-
ginis placatus sanctis precibus,

Hic facit inuocationem ad omnes ordi-
nes angelorū: & deprecatur eos, vt ipsi ad-
sint nobis, omnia vitia repellant, & nos pu-
ficatos corde, & corpore, & opere ad coele-
stia regna perducant O, Christe redemptor
omnium, scilicet fidelium, conserva tuos
famulos, qui tibi famulantur: tu dico placat-
us sanctis precibus beatę Marię virginis, &c.

Beata quoque agmina, coelestium spi-
rituum, Præterita præsentia: Futura

mala

mala pellite.

O beata agmina cœlestium spirituum, scilicet angelorum, pellite quoque. i. similiter, præterita mala, idest vitia, præsentia, & futura, à nobis.

Vates æterni iudicis, Apostolique domini, Suppliciter exposcimus: Saluari vestris precibus.

Vates. i. o. vos Prophetæ, æterni iudicis. i. Christi, o Apostoli dñi exposcimus. i. deprecamur, suppliciter saluari vestris precibus. Martyres Dei inclyti. Cōfessoresque lucidi, Vestris orationibus, Nos ferte in cœlestibus.

O Martyres Dei inclyti, idest nobites, & electi: & confessores lucidi, idest casti, ferte nos in cœlestibus regnis vris orationibus. Chorus sacrarum Virginum, Monachorumque omnium, Simul cum sanctis omnibus, Consortes Christi facite.

Chorus sanctarū virginum, & omnium monachorū, facite nos Christi cōsortes. i.

Hymnus.

participes celestis regni, cū omnib⁹ sanctis.
Gentem auferte perfidam: Credentiū
de finibus: Vt Christo laudes debitas
Per soluamus alacriter.

Auferte, idest remouete, gentem perfidam, idest infidelem, de finibus credentiū, & ad quid? vt per soluamus alacriter, idest, cum lætitia Christo laudes debitas.

Gloria patri in genito, Eiusque vnigenito, Vna cum sancto Spiritu, In sempiterna sæcula. Amen.

Gloria, idest laus sit in genito patri, eiusque vnigenito, idest filio Iesu Christo, vna, idest pariter, cum sancto Spiritu in sempiterna sæcula. Amen.

Iesu saluator sæculi, Redemptis ope
subueni, Et pia Dei genitrix Salutē
posce miseris,

Hymnus iste continuatur superiori, sic,
dixi ô Christe cōserua tuos famulos: & bene debes. quia redemisti nos. O Iesu saluator sæculi subueni, idest succurre, redēptis ope, scilicet tuo auxilio: & ô pia Dei geni-

trix

trix, posce, idest impetra, salutem animarū,
nobis miseris,

Cetus omnes angelici, Patriarcharū
cunei, Et prophetarum merita Nobis
precentur veniam.

Omnes angelici cetus. i. omnis angelo
rū societas, seu exercitus, cunei, idest Cho-
ri Patriarcharum: (merita Prophetarum
precentur, idest postulent vel impetrent)
nobis veniam) idest indulgētiā peccatorū.

Baptista Christi præuius, Et clauiger
æthereus, cum ceteris Apostolis, Nos
soluant nexu criminis.

Baptista (Ioannes (præuius) id præcursor
Christi (& clauiger) scilicet Petrus (æthere⁹)
idest, coelestis (cum cæteris Apostolis, sol-
uant nos à nexu criminis, idest, à vinculis
peccatorum.

Chorus sacratus martyrum, Confes-
sio sacerdotum, Et virginalis castitas
nos à peccatis abluat.

Sacratus chorus (idest, sacer cetus) marty-
rum, & confessio sacerdotum, idest iusto-

rum (& castitas virginalis) idest, virginum) abluat nos à peccatis.

Monachorum suffragia, Omnes que ciues cœlici, Annuant votis supplicū, Et vitæ poscant præmium.

(Suffragia) idest, patrocinia, monachorum vel electorum, & omnes cœlici, idest cœli ciues angeli, annuant, idest faueant votis, idest precibus supplicum, idest humilium, vt poscant, idest impetrent præmium vitæ æternæ.

Laus, honor, virtus, gloria, Deo patri, & filio, Vna cū sancto Spiritu, in sempiterna sæcula. Amen.

Laus, honor, virtus, gloria, sit Deo patri & filio, simul sancto paraclyto in sempiterna sæcula. Amen.

Rex Chryste Martini decus, Hic laus tua, tu illius, Tu nos in hunc te colere, Quia ipsum in te tribue.

Auctor commendat, & laudat Deum de cōuersione, & habitu Martini, quia hic pauper, & medicus cœlum diues ingreditur,

quia

Carmē est quale illud primo dierū Canitur festo diui Martini.

quia per constantiam fidei, & confessionē
Trinitatis meruit fieri suscitator triū mor-
tuorum, quorum animæ detinebātur clau-
sæ in inferno. Rogat itaque Dominum, ut
sicut per confessionem sanctæ Trinitatis
tres mortuos suscitavit ab inferno: ita su-
scitet nos a peccato: & sicut induit paupe-
rem parte suæ chlamydis, sic nos induat iu-
sticiam. O Christe rex æterne, decus, idest,
honor, Martini, idest, Martinus est tua laus,
tu es salus illius Martini: tu tribue nos cole-
re te, in hunc, scilicet Martinum, quin, idest
insuper tribue nobis ipsum Martinum co-
lere in te, Christo.

Quidas per orbis cardines. Quod gē-
ma fulge præfulum, da, quos premūt
culpæ graues, Soluat per iungens me-
ritum.

Tu qui das, quod Martinus (gemma existēs
(præfulum) .i. Episcoporum, & Sacerdotum
(fulget) .i. splendet (per Cardines) .i. per an-
gulos (orbis) .i. per quatuor partes mundi
(da) .i. cōcede (ut) Martinus (soluat per iū-
gens meritū, nos, quos graues culpæ, idest

De sancto Martino hymnus.

criminalia peccata, præmunt, idest detinēt.
En pauper hic, & modicus, Cœlum
diues ingreditur, Cœli cohortes ob-
uiant, linguæ tribus gentes ouant.

En idest ecce (hic) scilicet Martinus (pau-
per) scilicet diuitis (& modicus) scilicet in
persona corporis (diues) in virtutibus: ex-
eundo de mundo (ingreditur cœlum: co-
hortes) idest exercitus (cœli obuiant (ei)
linguæ, scilicet omnes, tribus, Israel, scilicet
Judæi, gentes, idest Gentiles, ouant, idest ap-
plaudunt.

Vt vita fulget transitus, Cœli & arua
splendidus, Gaudere cunctis pium
est, Cunctis salus sit hic dies.

Vt proficit, vita illius, sit transitus, id-
est, obitus eius; fulget, idest resplendet, cœ-
lis, idest in cœlo, & in aruo, idest in terra
seu in mundo transitus dico splendidus, &
ideo quia fulget, pium est gaudere cunctis
hominibus, & hic dies, idest hoc festum sit
salus, cunctis idest omnibus.

Sit trinitati gloria, Martinus vt cōfes-

sus

sus est, Cuius fidem per opera, In nos
& ipse roboret.

Sit gloria trinitati. s. patri, & filio, & Spi-
ritui Sancto, vt pro sicut, Martinus confes-
sus est. s. fide & opere, fidem cuius Marti-
ni, & ipse Deus roboret in nobis.

MArtine par apostolis, Festū co-
lentes tu foue, Qui viuere disci-
pulis Vis, aut mori, nos respice.

In hoc hymno commendat auctor bea-
tum Martinum per constantiam fidei eius
quam habuit in suscitatione triū mortuo-
rum, O. Martine par apostolis. i. æqualis in
trium mortuorum suscitatione: quia tres
mortuos suscitauit, vt apostoli: & quia glo-
bus igneus. i. Spiritus Sanctus desceudit su-
per eum, tu foue. i. rescuscita à peccato, co-
lentes tuum festum, qui vis viuere, aut mo-
ri discipulis. i. ad utilitatem discipulorum,
quia nec mori timuit, nec viuere recusauit.
Vnde & ipse effundēs orationem apud do-
minū ait: O domine, si adhuc populo tuo
sum necessarius, nō recuso labore, fiat volū-
tas tua: quia nec viuere, me mori recusasti,

In festo sancto Martino.

ideo respice nos, ut tuis meritis & precibus,
mūdo corde, & casto corpore existētes, au-
tam cœli ingredi mereamur, sicut fecisti in
tempore tuo prælatos Ecclesiæ famulos.

Fac nūc quod olim gesseras, Nūc præ-
sules clarifica, Auge decus Ecclesiæ,
Fraudes relega sathanæ.

O Martine, fac. i. effice, nunc hoc præsen-
ti tempore, scilicet nos esse iustos, quod
gesseras. i. feceras, olim prædicando clari-
fica. i. illumina, nunc præsules Ecclesiæ. i.
prælatos, auge decus Ecclesiæ, & relega;
id est reijce, vel repelle, fraudes sathanæ. i.
diaboli aduersarij.

Qui ter chaos euisceras, Mersos rea-
tu suscita, Diuiseras ut clamydē, Nos
indue iustitiam.

Tu, qui euisceras, pro euiscerasti. i. eua-
cuasti, chaos. i. infernum, ter. i. tres mor-
tuos suscitasti: tu qui ter intrasti in infer-
num, resuscitādo tres mortuos, suscita nos
mersos. i. mortuos reatu, id est, culpa per
peccatum, primi parentis scilicet Adæ, &
propria culpa, ut pro sicut diuiseras clamy-

dem

dem pauperi, sic indue nos iustitiam.

Vt spiritualis gratiæ, Quondã recorderis tuæ, Monastico nunc ordini, Iã penelapso subueni.

O Martine subueni. i. succurre monastico ordini. i. ordini monachorũ, iã lapso. i. relapso in peccatis pene. i. fere & ad quid vt recorderis quondã tuæ specialis gratiæ.

EXultet cœlum laudibus, Resultet terra gaudijs. Apostolorum gloriam: Sacra canunt solennia.

Carmẽ est Diametrũ iãbicũ. Canitur in festis Apostolorũ.

In hoc hymno facit autor inuocationẽ ad apostolos: vt ipsi pro nobis deprecentur, & suis precibus a nobis vitia repellãt, vt cum veniamus ad iudicium, ne pro reatu nos puniat: sed repletos æternis gaudijs faciat. Et nota, qd dies iudicij nõ dicitur ideo, quod tunc erit dies, sed apparebunt omnia nobis tanquam in die, cœlum. i. in coelesti curia, exultet. i. gaudeat, laudibus terra. i. terreni. s. homines, resultent gaudijs homines, canunt. i. laudant sacra solennia gloriam apostolorum.

Vos sæcli iusti iudices, Et vera mundi

In festis Apostolorum

lumina. Votis precamur gaudiū, Audite preces supplicum.

Vos apostoli iusti iudices sæcli. i. sæculi, & vera lumina mundi, quia totus mundus illuminatur vestra prædicatione, precamur vos votis cordium. i. precibus cordis, audite preces supplicum. i. humilium.

Qui coelū verbo clauditis, Seraſque eius soluitis, Nos a peccatis omnibus Soluite iussu quæsumus.

Qui clauditis. s. peccatoribus, coelū verbo. i. sermone, & soluitis, bonis seras. i. clausuras eius, quæsumus. i. precamur vos, soluite. i. absoluite nos a peccatis omnibus, iussu. i. præcepto.

Quorum præcepto subditur Salus & languor omnium, Sanate ægros moribus, Nos reddentes virtutibus.

Præcepto quorum. s. apostolorū, salus. i. sanitas & languor. i. infirmitas, omnium hominū, subditur: sanate ægros id est, peccatores, morib⁹. i. pravis cogitationibus, & voluntate mala peccādi, reddentes nos vir-

tutibus. i. operationibus virtuosis.

Vt cum iudex aduenerit, Christus in fine sæculi, Nos sempiterni gaudij Faciat esse compotes.

Et rogamus vos, vt cum Christus iudex aduenerit in fine sæculi, faciat nos esse cōpotes sempiterni gaudij.

A Eterna Christi munera, Apostolorum gloria, Laudes canentes debitas, Lætis canamus mentibus.

Canitur in festis Apostolorum.

Hymnus iste continuatur superiori, scilicet, Exultet cœlum laudibus. Nos canentes debitas laudes, Christo in honore apostolorum canamus lætis mentibus. i. iocūdis, gloriā. i. ad gloriam apostolorum, æterna numera. i. dona Christi, quæ sua pietate nobis largitus est.

Ecclesiarum principes, Belli triūphales duces, Cœlestis aulæ milites, Et vera mundi lumina.

Isti sunt, princeps ecclesiarum, isti sunt triumphales duces belli. i. triumphantes: isti sunt milites cœlestis aulæ. i. palatij: &

sunt

In festo Apostolorum.

sunt vera mundi lumina, quia prædicatione illorum illuminatus est mundus.

Terrore victo sæculi, Spretisque pœnis corporis, Mētis sacrę cōpēdio, Vitam beatā possident. Traduntur igni martyres, Et bestiarū dētibus, Armata sequit vngulis, Tortoris insani man⁹ Nudata pēdent viscera, Sāguis sacra tus funditur, Sed permanēt immobiles Vitæ perennis gratia. Deuota sanctorū fides, Inuicta spes credentium, Perfecta Christi charitas Mundi triūphat principem.

Fides deuota sanctorū, i. obediēs inuicta spes credētiū: perfecta Christi charitas, i. amor, triūphat, i. superat principē mundi, i. diabolum: vnde, Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.

In his paterna gloria, In his voluntas filij, Exultat in his spiritus, Cœlū repletur gaudijs.

Paterna gloria exultat in his, s. apostolis

voluntas

voluntas Spiritus Sācti exultat, in his, filius exultat in his, sed quid dicā per singula? cœlū repletur gaudijs.

Te nūnc redēptor quæsumus, Vt ipso rū confortio, lungas precantes seruuos in sempiterna sæcula. Amen,

O, redemptor, quæsumus te nūc. iam præfenti vt iungas precantes seruuolos confortio ipsorum. s. apostolorum, in sempiterna sæcula. Amen.

SANCTORUM meritis inclyta gaudia Pangamus locij, gesta q; fortia, Nā gliscit animus promere cantibus: Victorum genus optimum.

Carmē est asclepi ad eū mixiū gliconico Canitur in festis plurimorum martyrum.

In hoc hymno laudat auctor Deū in cōmemoratione sanctorū martyrum: quia mūdū cū pōpis suis, & cū vitijs, & cōcupiscētijis suis dimiserūt, & spreuerūt. Vnde in terris laudātur, & in cœlishonorant. Intēdit itaq; rogare Deū: vt nos suos famulos iūgat cōfortio sanctorū martyrum. O, socij pāgam⁹. i. cātemus, inclyta gaudia. i. præclara meritis sanctorū, & fortia gesta eorū, nam animus gliscit, id est, cupit, vel gaudet, promere. i. lau

dare

In festis plurimorum Martyrum.

dare cum cantibus optimum genus victo-
rum .i. martyrum.

Hi sunt, quos retinens mundus in hor-
ruit, Ipsum nam sterili flore per aridū
Spreuere penitus, teque secuti sunt,
Rex Christe bone cœlitus.

Hi sunt martyres, quos mundus retinēs,
idest dum viuerent in mundo, inhorruit .i.
odio habuit, nam ipsi martyres spreuere pe-
nitus ipsum .s. mundum per aridum .i. val-
de siccum, flore sterili .i. non fructuoso, &
secuti sunt cœlitus .i. diuinitus te o, Christe
bone Rex.

Hi pro te furias, atque ferocia, Calca-
runt omnia, sæuaque verbera: Cessit
his lacerans fortiter vngula, Nec car-
psit penetralia.

Hi martyres calcarunt .i. sustinuerūt, pas-
si sunt, & vicerunt pro te furias .i. insidias in-
fidelium, atque omnia verbera ferocia .i.
crudelia, & sæua .i. iniuste illata, & vngula .i.
quoddam genus tormenti cessit .i. locum
dedit his martyribus, lacerans, puniens, for-
titer, ultra quæuis tormenta, nec pro non:

sed

sed & non carpsit penetralia, martyrum,
vel apostolorum. i. nō fuerūt fracta vel di-
uisa eorū viscera, & hoc virtute Dei, quia
virtus Dei erat in eis: vel nō carpsit penetra-
lia. i. intima eorū, & nō potuerunt tormēto-
rum generibus a proposito sancto retrahi.
Ceduntur gladijs more bidentiu, Nō
murmur resonat, non querimonia:
Sed corde tacito mens bene conscia
Conseruat patientiam.

Ipsi ceduntur. i. iugulantur gladijs crude-
libus, more bidentium. i. consuetudine oui-
um, murmur eorum non resonat: non que-
rimonia. i. lamētatio non auditur, sed mēs
bene conscia, idest boni meriti, conser-
uat patientiam tacito corde, quia fortes
patientes, & firmi erant pro fide Christi in
bello.

Quæ vox, quæ poterit lingua retexe-
re, Quæ tu martyribus munera prepa-
ras? Rubrinam fluido sanguine lau-
reis, Ditantur bene fulgidis.

Et quia omnia hæc pro Christi nomine
patiebantur, igitur, quæ vox, & quæ lingua

Hymnus.

poterit retexere. i. dicere vel explicare, munera. i. dona, quæ tu martyribus præparas? nam ipsi rubri, idest rubei fluido, idest fluente sanguine, ditantur. i. coronantur, laureis i. coronis bene fulgidis.

Te summa deitas vnaque poscimus,
Vt culpas abluas, noxia subtrahas,
Des pacem famulis, nos quoque gloriam,
Per cuncta tibi secula. Amen.

O summa deitas, nos supplices. i. humiles poscimus. i. rogamus, te vt abluas. i. deleas culpas nostras. i. peccata nostra, & subtrahas noxia. i. ipsa peccata a nobis, & des pacem famulis tuis quoque. i. similiter nos omnes demus gloriam tibi. i. ad honorem tuum, per cuncta secula. Amen.

R Ex gloriose martyrum, Corona
confitentium, Qui respuètes ter-
rea, Perducis ad cœlestia.

Materia huius hymni est invocare regem martyrum: vt dirigat ad nos aures suæ clementiæ, & quod deliquim⁹, propter merita sanctorum, in quorum cōmemoratione præsens hymnus cantatur, parcere vel ignosce

Carmen est
quale illud.
Pri-
mo dierum
canitur
in festo
martyrum.

re dignetur. O gloriose rex martyrum corona. i. brauium & merces, confitentium, nomen tuum, qui perducis respicientes terrea: ad cœlestia, regna.

Aurem benignam protinus, Appone nostris vocibus: Trophea sacra pangimus, Ignosce quod deliquimus.

Tu, appone aurem tuam benignam protin^o. i. statim nostris vocib^o, & ignosce, quod deliquimus: qui pangimus sacra trophœa. i. victorias martyrum.

Tu vincis in martyribus, Parcendo confessoribus: Tu vince nostra crimina, Donando indulgentiam.

Tu vincis sæuitiam tyrannorum, in martyribus: parcendo confessoribus, quia non vis, vt per martyriū finiant vitam suam, tu vince. i. destrue, nostra crimina: donando nobis indulgentiam, quia tu non vis mortem peccatoris.

DEUS tuorū militum, Sors, & corona præmium: Laudes canentes martyris, Absolue nexu criminis.

Carmē est quale illud primo dierū Canitur in fello vnus martiris.

In festo vniuersi martiris.

O Deus, tu fors. i. pars tuorum militum, i. hæreditas, vnde David: Dominus pars hæreditatis meæ, & corona & præmium, quia tu similiter meritum tribuis mercedē, absolue nos nexu criminis. i. a laqueo peccatorum, nos dico canentes laudes martiris, cuius hodie festum celebratur.

Hic nempe mundi gaudia, Et blandimenta noxia: Caduca rite deputans, Peruenit ad cœlestia.

Hic martyr, deputans. i. iudicans, vel æstimans, rite. i. recte, gaudia mundi: & blandimenta esse noxia, & caduca: peruenit nempe. i. certe ad cœlestia regna.

Pœnas cucurrit fortiter, Et sustulit viriliter, Pro te effundens sanguinem, æterna dona possidet.

Et ipse cucurrit fortiter. i. constans forti animo, pœnas. i. tormenta huius mundi trāsiuit, & sustulit. i. sustinuit illas pœnas, viriliter: effundens sanguinē suum, & ideo possidet æterna dona.

Ob hoc precatu supplici, Te posci-

mus

mus pijsime: In hoc triumpho martyris, Dimitte noxam seruulis.

Ob hoc. i. propter hoc, quia pro te sanguinem fudit: o pijsime pater, nos supple poscimus. i. precamur, te precatu. i. precibus humilibus, in hoc triumpho. i. in hac victoria martyris: dimitte noxam, idest culpam seruulis.

Martyr Dei, qui vnicū Patris sequendo filiū, Victis triumphas hostibus, Victor fruens cœlestibus.

Materia huius hymni est, vt relictis delectationibus & vanitatibus huius sæculi, bona opera exercendo, Deū cōsequamur. O, martyr Dei: qui fuisti victor: victis hostibus: tu dico triumphas, te quēdo vnicū filiū patris, es modo fruens cœlestibus bonis.

Tui precatus munere, Nostrium reatū dilue, Arcens mali contagium, Vitæ remouens redium.

Et quia tantis bonis fruēris, dilue, idest extingue reatum, idest, peccatum nostrū, tu dico arcens contagium mali. i. diaboli

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte **remouens.**

Hymnus.

remouēs tedium vitæ .i. famem, sitim, nuditatem, frigus, scilicet nobis donando temporalia necessaria.

Soluta sunt iam vincula Tui sacrati corporis, Nos solve vinclis sæculi amore filij Dei.

Et quia vincula tui sacrati corporis sunt iam soluta a nexibus huius sæculi dissoluti & es cum Christo, sic solve nos à vinclis sæculi .i. absolue à peccatis tuis precibus, & hoc amore filij Dei.

Carmē est
quale illud nocte
turgētes.
Canitur
in festo
cōfessor.

Iste confessor Domini sacratus, Festa plebs cuius cœlebrat per orbē,
Hodie lætus meruit secreta scandere
cœli.

Materia huius hymni est: quod totis viribus Deū super omnia laudare debemus. In tēdit etiā auctor in hoc hymno tractare de ascensione illius confessionis in cuius memoria presens hymnus totis laudibus cœlebratur. Iste cōfessor Domini sacratus, à domino lætus .i. exultans, meruit hodie .i. in hac die, scandere .i. ascēdere, secreta cœli .i. ad cœlos, festa cuius .i. sancti, plebs de-

uota celebrat per totum orbem.

Qui pi^o: prudēs: humilis: pudic^o Sobrius, castus, fuit & quietus, Vita dū præsens vegetauit eius corporis artus.

Qui).s. confessor (fuit castus) corpore, & anima (pius).i. san^{ct}us, & misericors (prudēs) i. sapiēs (humilis, pudicus) in verbis (sobrius) in cibis (& quietus).i. trāquillus (dum) i. donec (vegetauit (idest, nutriuit) artus (idest membra corporis eius) præsens vita. i. quādo erat in hoc sæculo.

Ad sacrum cuius tumulum frequēter Membra languentum modo sanitati, Quolibet morbo fuerint grauata, restituntur.

Ad sacrū tumulū cuius) confessoris (membra languentū).i. ægrotantiū (restituuntur modo).i. in præsenti (sanitati).i. saluti (frequenter quolibet morbo), idest a quacunque infirmitate illa membra, fuerint grauata.

Vnde nunc noster chorus in honorem, Ipsius hymnum canit, hunc libenter

Hymnus.

benter, Vt pijs eius meritis iuuemur,
Omne per æuum.

Vnde nunc noster chorus) nostrorum
fratrū (canit hymnum in honore ipsius) cō-
fessoris (libenter) .i. voluntarie: & ad quid
canimus? (vt iuuemur pijs meritis) .i. patro-
cinijs, & orationibus eius (per omne ævū).
i. per cuncta sæcula.

Sit salus illi, decus atque virtus, Qui
supra cœli residens cacumen, Totius
mundi machinam gubernat, Trinus,
& vnus. Amen.

Sit salus .i. gloria, dec^o .i. honor, atq. virt^o,
semper erit illi deo, qui residēs supra cacu-
men .i. supra altitudinē: cœli: trinus, in per-
sonis, & vnus in essentia, gubernat machi-
nam .i. fabricam, totius mundi.

Iesu corona virginum, Quem ma-
ter illa cōcipit, Quæ sola virgo par-
turit, Hæc vota clemens accipe.

In hoc hymno laudat auctor Deum in
commemoratione sanctarum virginum,
quæ domando fragilitatem sexus, me-

Carmē est
quale il-
lud. Pri-
mo dierū
Canitur
in festo vir-
ginum.

rucruat

ruerunt scandere secreta cœli. Rogat itaq;
Deum, vt nesciamus vulnera corruptionis
eius. O Iesu corona virginum; quem, scili-
cet, mater illa, mirabilis, concepit, scilicet
sancta Maria, quæ sola, mater inter inter a-
lias, virgo parturit, tu clemens accipe, id est
suscipe, hæc vota nostra, id est, has preces.

Qui pascis inter lilia, Septus choreis
virginum, Sponsas decorans gloria,
Sponsisq. reddens præmia.

Tu, qui pascis, id est, delectaris inter lilia,
bona opera, septus, id est, circumdatus, cho-
reis, id est, ordinibus virginum: & es, deco-
rans, id est coronans, sponsas gloria, & red-
dens, sponsis præmia.

Quocunq. pergis, virgines, Sequun-
tur, atq. laudibus Post te canētes cur-
sitant, Hymnosq. dulces personant.

Quocunq. id est, ad quemcumq. locum
pergis, ilæ virgines sequuntur te: atq. canē-
tes cursitant, id est, currūt post te laudibus:
q; pro &, personant dulces hymnos, id est,
laudes.

Te deprecamur, largius Nostris adauge
sensibus, Nescire prorsus omnia
Corruptionis vulnera.

Et quia virgines personant tibi laudes,
precamur te, adauge largius, idest augmen-
ta amplius, nostris sensibus, & da, prorsus,
idest omnino nobis omnibus, nescire val-
nera corruptionis.

Carmen est
quale il-
lud. No-
cte surge-
tes. Cani-
tur in fe-
sto sancta-
rum virgi-
num.

Virginis proles opifexque matris,
Virgo quem gessit, peperitq; vir-
go, virginis festum canimus trophæum,
Accipe votum.

Materia huius hymni est, canere laudes
Deo, & sequi vestigia eius. Commemora-
tio sanctarum virginum agitur in isto hym-
no. O proles, idest ô fili Mariæ virginis, &
o opifex, idest creator: matris: quem scili-
cet te, virgo Maria gessit, idest portavit, vir-
go, scilicet Maria, peperit, idest parturit: nos
canimus festum virginis trophæum, idest,
preces nostras.

Hæc tua virgo duplici beata Sorte,
dum gestit fragilem domare, Corpo-

ris sexum, domuit cruentum, corpore
re sæclum.

Hæc tua virgo est beata duplici sorte,
scilicet Castitate, Virginitate, & martyrio
dum gestit, idest desideravit, domare, idest,
macerare, fragilem sexum, scilicet femi-
næum: quia sexus fragilis est: & illa, domuit
idest, deuicit, cruentum, scilicet sanguino-
lentum vel crudelem, sæclum, idest diabo-
lum, corpore.

Vnde nec mortem, nec amica mor-
tis, Sæua pœnarum genera paues-
cens, Sanguine fuso meruit sacrata,
Scandere cœli.

Vnde quia domuit fragilem sexum, sci-
licet corpus. nec pro &, & non, non fuit
pauescens, idest timens mortem: nec gene-
ra pœnarum nec fuit, amica mortis: idest
diaboli vel peccati: & ideo, sanguine fuso,
idest consumato martyrio ipsa virgo, me-
ruit scandere, sacrata cœli, idest, ad cœ-
los.

Huius obtentu Deus alme nostris,

Parce

In Dedicacione Ecclesie.

Parce iam culpis vitia remittēs, Quo
tibi puri resonemus almum Pectoris
hymnum.

Et quia meruit scandere cœlum, o alme
Deus, parce iam culpis, idest, peccatis, obtē-
tu, idest, prece vel oratione, huius, virginis,
vitta, remittens: quo, pro vt nos, puri, idest,
casti, resonemus almum hymnum, idest, cā-
ticum, idest, cantemus sanctam laudem, ti-
bi, idest ad honorem tuum.

Gloria patri, genitæq. proli, &c.

VRbs beata Hierusalem, dicta pa-
cis visio, Quæ construitur in cæ-
lis viuis ex lapidibus, Et angelis coro-
nata vt sponsata comite.

In hac commemoratione celestis Hie-
rusalem auctor laudat Deum, qui in hoc
sacro templo infudit iugiter suam benedi-
ctionem: quapropter rogare Deum debe-
mus: vt in hoc tēplo sancto suo omnes pro-
mereamur acquirere æterna bona: & ade-
pta cum suis sanctis perenniter possidere,
Hierusalem beata vrbs, idest, ciuitas cæle-
stis, constituta vel constructa de animabus

Carmen
est dime-
trum iam
bicum ca-
tometrū.
Canitur
in Dedi-
tatione
ecclesie.

sancto.

sanctorum, qui sunt viui lapides: est dicta, idest, interpretata, visio pacis: quæ Hierusalem, construitur in cælis ex viuis lapidibus, idest, sanctis animabus: sancti, qui sunt viui lapides: illa dico, coronata, scilicet angelis, vt sponsata, idest sponsa, comite, idest sponso, idest, sicut mulier ornata est viro, idest, sponso: ita Ecclesia Christo.

Noua veniens è cælo, Nuptiali thalamo, Præparata vt spōsata, Copuletur Domino, Plateæ, & muri eius, Ex auro purissimo.

Ita, noua, sponsa, idest, sancta ecclesia, veniens è cælo, idest, Christo: ista dico, præparata nuptiali, idest, virginali thalamo, vel lecto, idest, lauacro baptismatis, vt. pro sicut, sponsata copuletur, idest, coniungatur, domino, Plateæ, idest, viæ scilicet perfecti ambulantes in vijs Domini, & muri, idest, prædicatores illius sponsæ sunt, ex auro purissimo, idest, ex splendore sanctorum, qui splendidi efficiuntur, vt aurum purissimum.

Portæ nitent margaritis aditis patentibus, Et virtute meritorum illuc in-

rodu-

roducitur, Omnis, qui ob Christi
nomen, Hoc in mundo premitur.

Portæ, scilicet, illius templi, nitent, idest
splendent margaritis, idest, virtutibus adi-
tis, liminibus introitus, patentibus, idest a-
pertis, omnis Christianus, qui pro Christi-
nomine premitur, idest cruciatur, in hoc
mundo, idest, in hoc sæculo, introducitur
illuc, idest in coelestem Hierusalem, virtute
meritorum, idest bonorum operum suo-
rum.

Tunsonibus, pressuris expoliti lapi-
des, Suis coaptantur locis per manus
artificis, Disponuntur permansuri sa-
cris edificijs.

Lapides idest sancti martyres, expoliti,
idest aptati ad edificandum, tunsonibus
idest persecutionibus: & afflicti, pressuris, id
est tribulationibus. Sicut lapides in muro
sunt ædificati: ita animæ sanctorum sunt or-
dinatę in paradiso, q; pro & aptantur, idest
ordinantur, vel disponuntur, tuis locis per
manus artificis, idest per manus filij Dei, la

pi des dico permanfuri, facris & edificijs, coelestibus ædificijs.

Angulare fundamentum lapis Christi missus est, Qui compage parietum in vtroque nectitur, Quem Syon sancta suscepit, in quo credens Permanet.

Christus dicitur lapis angularis: qui à Iudæis fuit reprobatus: Vnde David. Lapidē, quem reprouauerunt & edificantes, &c. Tamen duos populos in vnum coniunxit, scilicet Iudaicum, & Gentilem, qui Christus filius perduxit nos ad æternam beatitudinem summi regis, idest Dei patris, Christus fundamentum, totius Ecclesie, missus est à patre, vel est factus, lapis angularis, qui lapis, nectitur, idest coniungitur, compage, idest coniunctione, parietis in vtroque, idest in duobus populis, scilicet in Iudaico, & Gentili, quem scilicet Christum Syon suscepit. Sancta Syon interpretatus Ecclesia, vel spectaculū in quo, scilicet in Christo vel Ecclesia credens. i. Christianus, qui credit permanet, firmiter stat scilicet in fide sanctæ Ecclesie

In Dedicacione Ecclesie.

Omnia illa Deo sacra, Et dilecta ciuitas: Plena modulis, & laude, Et canore iubilo: Trinum Deum vnumquoque. Cum fauore prædicat.

Omnia illa ciuitas, id est, ecclesia militans, Deo, id est, ad honorem Dei, est sacra, id est, sacrata dilecta, id est, amata à Deo: & plena modulis, id est cantilenis angelorum in laude Dei, & canore, id est, cantu vel canore iubilo, id est, duplici exultatione. Iubilus est gaudium illud, quod est interius in homine; quod omnino non potest referri; nec omnino taceri, & præ animi exultatione: & sancta ecclesia, prædicat trinum Deum, scilicet in personis, quoque pro &, vnum in substantia vel essentia, cum fauore, id est, cum prece.

Hoc in templo summe Deus, Exoratus adueni, Et clementi bonitate, Precum vota suscipe, Largam benedictionem, Hic infunde iugiter.

O summe Deus exoratus, scilicet à nobis. i. tu deprecatus, adueni per gratiam in hoc templo, id est in ista ecclesia: & suscipe

vota

vota, idest preces vel orationes deuotas,
precum. i. rogantium te clementi bonita-
te. i. tua misericordia vel pietate, infunde. i.
immitte hic iugiter. i. perenniter vel assidue
largam benedictionem.

Hic promereantur omnes, Petita ac-
quirere: Et ad epta possidere, Cū san-
ctis perenniter: Paradisum introire,
Translati in requiem.

Hic scilicet in sacra ecclesia: vel hic. i. in
isto loco congregatio omnium fideiū vel
omnes fideles promereantur. i. mereantur
acquirere. i. adipisci, & obtinere: petita. i. iu-
stas & sanctas suas petitiones: & mereantur
possidere. i. retinere: perenniter. i. perpe-
tuo: ad epta. i. precibus suis acquisita: & me-
reantur introire, idest ingredi: paradi-
sum, idest coelum, cum sanctis,
i. iustis, fideles dico, trans-
lati in requiem. i. in
gaudiū sempi-

ternū. A-

men.

Explicit liber Hymnorum.

R

PRIMO

Tabula Hymnorum.

P R I M O dierum omnium.
Aeternae rerum conditor.
Nocte surgentes vigilemus.
Ecce iam noctis tenuatur.
Iam lucis orto sydere.
Nunc sancte nobis spiritus.
Rector potens verax,
Rerum Deus tenax.
Lucis creator optime.
Te lucis ante terminum.
Christe qui lux es & dies.
Immente caeli conditor.
Sommo relictis artibus.
Splendor paternae gloriae.
Consors paterni luminis.
Ales diei nuncius lucem.
Telluris ingens conditor.
Rerum creator optime.
Nox & tenebrae & nubila.
Caeli Deus sanctissime.
Nox atra rerum contegit.
Lux ecce surgit aurca.
Magnae Deus potentiae.
Tu Trinitas unitatis.
Aeterna caeli gloria.
Psalmator hominis Deus.

Summe

Summe Deus clementia,
 Aurora iam spargit.
 O lux beata Trinitas,
 Conditor alme syderum.
 Verbum supernum prodiens,
 Vox clara ecce intonat.
 Veni redemptor gentium.
 Christe redemptor gentium,
 A solis ortus cardine.
 Nuncium vobis fero.
 Hostis Herodes impie.
 Ave maris stella.
 Quem terra pontus æthera.
 O gloriosa domina.
 Quod chorus natum.
 O quam glorifica Cruce corusa.
 Martires ecce dies Agathæ,
 Inter æternas.
 Iam Christe sol iustitiæ.
 Audi benigne conditor.
 Clarum decus ieiunij.
 Ex more docti mystico.
 Dicamus omnes cernui.
 Vexilla regis prodeunt.
 Pange lingua gloriosi prælium.
 Lustra sex qui iam peracta.

Tabula hymnorum.

Chorus noue Hierusalem.
Rex æterne domine.
Aurora lucis rutilat.
Ad cœnam agni prouidi.
Æterne rex altissime.
Iesu nostra redemptio.
Veni creator spiritus.
Iam Christus astra ascenderat.
Beata nobis gaudia.
Pangelingua gloriosi.
Ut queant laxis resonare fibris.
O nimis fœlix meritique.
Fœlix per omnes festum.
Aurea luce & decore.
Doct̃or ægregie Paule.
Tibi Cris̃te splendor.
Cris̃te sanctorum decus.
Cris̃te redemptor omnium.
Iesu saluator sæculi.
Rex Cris̃te Martini decus.
Martine par Apostolis.
Exultet cœlum laudibus.
Æterna Cris̃ti munera.
Sanctorum meritis inclyta.
Rex gloriosæ martyrum.
Deus tuorum militum.


Tabula hymnorum.

Martyr Dei qui vnicum
Iste confessor domini sacratus,
Iesu corona virginum.
Virginis proles, opifexque
Vrbis beata Hierusalem.

FINIS TABVLÆ

¶ Habes candide Lector Hymnorū,
qui solēt in ludis literarijs enarra-
ri, castigatam & ab innumeris pro-
pe erroribus nunc denuò multò
quam antea perfectiùs correctam
lectionē, ex integra Antonij Ne-
brissenfis recognitione. Vale
foelix viue. &c.

R 3



CÆSARAVGVSTÆ.

Ex officina Dominici à Portonarijs
de Vrsinis. S.C.R.M. & Re-
gni Aragoniæ Typographi.

Anno. 1584.





T
BIBLIOTE

Sala
Número

TOLEDO

BIBLIOTECA PROVINCIAL

Clase *Reservada*

Número *937*



Res.

937

